E. V. Dies ater. Cn. Julius Bubulcus II. Cos. de Lucanis & Brutiis triumphat. V. C. 476. A. C. 1066. moritur S. Eduardus Angl. Rex 1287. obiit Petrus IV. Arag. R. 1477. Carolus Audax Burgund. D. prope Nanceium misere occumbit. 1531. Ferdinand. I. eligitur R. Rom. 1588. Moritur Catharina R. Gall. nata Florentiæ Ducissa.

F. VI. Christus à Magis adoratur, & anno æt. 30. baptizatur, aquam eodem die in vinum convertit. Augustus Oriente victo tripliciter triumphat. Dies Ater. Dies Ægyptiacus. A. C. 804. S. Leo III. consecrat Basilicam Aquisgrani. 1258. Richardus Angl. R. & 1292. Adolphus Nassovius Imp. creantur 1448. Christophorus Palat. Daniæ Rex moritur. 1560. Pius IV. coronatur.

G. VII. V. C. 705. Classicum belli Civilis, Consulibus & Pompejo contra Cæsarem insurgentibus. Jano Patri sacer dies. Nascitur Epicurus Philosophus. A. C. 897. Creatur Stephanus VII. 1284. Moritur Carolus Siciliæ R. mœrore ob cladem Vesperarum Siculatum. 1536. Prima Sessio Concilii Trident. 1537. Alexander Mediceus confoditur.

A. VIII. Neptuno sacer dies apud Athenienses, ut & quisque mensium octavus dies. Dies ater. Sacrificium Jani. A. C. 1085. Frideric. III. Palat. Com. uxoris adulteræ fraude perimitur. 1198. Moritur Cælestinus III. succedit Innocentius III. 1558. Heinric. III. Gall. Rex. Caletum recipit. 1595. Moritur Amurathes III. R. & Imp. Turcarum.

B. IX. Compitalia Festum non quidem statum, sed concipi quotannis solitum. Agonalia celebrata. A. C. 1514. Anna Britannica Uxor 2. Regum Caroli

VIII. & Ludovici XII. Gall. Rz. Ry. moritur. 1521. Hadrianus VI. creatur.

C. X. Media Hyems. Carmentalia, Carmentis Feriæ. A. C. 393. Honorius à Patre Theodosio Augustus appellatur. Moriuntur Vigilius P. P. 555. S. Agatho 682. Joannes VI. 705. Gregorius X. 1276. Item Ottho D. Brunsvic. 1471. Albertus D. Mechelb. 1547. & Rudolphus II. Imp. 1612. Aurea Bulla primum editur 1356.

D. XI. Carmentalia secundùm Juthurnæ festum, ejusque ædes in cam. Mar. dicatæ A. C. 154. S. Higinus Papa creatur, & eodem die anno 158 moritur. 1400. Gerardus Com. à Schvvartzenburg Episc. Herbipol. rebelles profligat. 1424. Jacobus Mutius Sforcia, tot Principum domitor in Pescanæ amnis trajectu mergitur. 1531. Ferdinandus I. creatur. Moriuntur: Joannes Saxon. D. 1531. & Ernestus D. Brunsvic. 1546.

E. XII. Compitalia à Servio Tullo Laribus constituta. A. C. 474. Leo Magnus Imp. decessit, ipsa die A. 888. moritur Carolus Crassus Imp. in summa egestate, & anno 1519. Maximilianus I. Imp.

F. XIII. Senatus Legitimus. Jovis statoris festum. Urbilustrium Festum tibicinum V. C. 414 Q. Pub. Philo de Latinis, & 460. L. Papirius Cursor Cos. de Samnitibus triumphant. Moritur C. Marius, metu adventantis Syllæ in Pleuritidem incidens. Octavius Augustus dicitur. A. C. 1315. Fridericus Claudus Marchio Misn. telo trajicitur. 1330. Moritur Fridericus Pulcher Imp. 1566. Pius V. Pont. creatur. 1571. Joannes March. Brandeb. catharro suffocatur.

G. XIV.

G. XIV. Dies Vitiosus & Ater. Festum Nominis JESU passim celebratur. Theodosius Magnus Imp. creatur 379. Eckehardus dictus Palatinus Monachus Sangallensis moritur, multorum German. Principum mirus Institutor.

A. XV. Carmentalia in hon. Carmentæ Matris Evandri. Porrimæ & Postuortæ festum A. C. 158. Pius I. creatur. Moritur S. Bamba Visigotthorum in Hispania Rex, demum Monachus; prodigiosissimus hostium victor 686.

B. XVI. Concordiæ Festum. Illi hac die à Furio Camillo templum ex Voto conditum. Dies Ægyptiacus. A. C. 379. Theodosius magnus coronatur. Arcadius à Patre Augustus dicitur 402. Creantur Pont. Clemens III. 1188. S. Marcus 336. & S. Fabianus 238. Coronatur Martyrio S. Marcellus 309. Moritur Robertus Siciliæ Rex 1342. Panier Torgam expugnat 1637.

C. XVII. C. Cæs. Octavius iteratis Votis Imp. Aug. salutatur. 398. Theodosius Magnus moritur. qui idem dies olim Galbæ supremus, primus Otthoni fuit 1305. Rogerius Lauria Aragonum Generalis, bello invictissimus moritur. 1566. Pius V. coronatur 1574. Stephanus Moldaviæ Princeps Turcos profligat.

D. XVIII. Divus Petrus Romanum Pontificatum auspicatur, A. C. 45. Sisinnius Papa 708. creatur 838. Ingenti terræ motu Germania concutitur. 1584. Bonna deditione à Bavaro capitur. 1595. Amurathes III. Turcarum Imp. Epilepsia moritur, alii 8. Jan. faciuntque hoc Veteris styli confusio.

E. XIX. A. Attilius Calatinus Cos. de Pœnis triumphat V. C. 495. Moriuntur Symmachus Papa 514

D[illegible] & D[illegible]

& Dagobertus I. Gall. Rex 647. Joannes item Rex Arragonum II 1479.

F. XX. Nundinæ Gordiani instituto solemnissimæ. Ser. Fulvius Pœtinus, de Cossurensibus & Pœnis navalem triumphum agit V. C. 499. Moriuntur: S. Fabian. PP. 253. & Theophilus Imp. 842. cui hac ipsa die succedit Michael Balbus. 972. Donus Papa creatur. 1277. Galeacius Vicecomes nascitur. 1349. Luchinus Vicecomes Mediolan. lento veneno, uxoris scelere perit.

G. XXI. M. Æmilius Paulus de Cossur. & Pœnis navalem triumphum agit. V. C. 499. Hadrian II. PP. creatur A. C. 884. & Innocent. V. 1276. Moritur Gelasius II. 1119. Michael Camald. moritur. Auctor Coronæ Domini.

A. XXII. Senatus Legitimus. Moritur Paschalis II. PP. 1118. Item Albertus Bonus Hollandiæ Comes, Ludovici Imp. filius 1404. Matthias Huniades Ungar. Rex eligitur. 1458. Ferdinandus V. Rex Cathol. moritur 1516. Joan. à Leiden sartor Anabapt. Rex forcipibus ignitis laceratur 1536.

B. XXIII. A. C. 671. Moritur Magnus ille Ildephonsus Tolet. Archiep. ex mon. Agall. Anchora Fidei appellatus. 1248. Carolus Dyrachii Dux à Ludovico Ung. R. in ultionem Andreæ fratris perimitur. 1484. Vienna Austriæ à Matthia Ung. R. secunda obsidetur.

C. XXIV. Sementinæ feriæ, non statæ quidem sed indictæ. Philipp. Rex Maced. Alexandri Magni parens à Pausania occiditur ante Chr. 334. C. Caligula interficitur. A. C. 39. Ælius Adrianus Imp. nascitur A. C. 78. Claudius Imp. A. 43. salutatur, itemque

Alexius

Alexius V. 1204. S. Pontianus PP. creatur 233. Ferdinand. Archidux moritur 1595. Caspar Bambergius Udenheimium recipit. 1635

D. XXV. Stephan. V. PP. creatur A. C. 817. Gelasius II. creatur 1118. Selymus Imp. Alcarium expugnat 1517. Sigismundus Polon. Rex Tartaros profligat 1527. Hermann. Archiep. Colon. Romanæ renuncians Ecclesiæ exauctoratur 1547. Academia Jenensis fundatur 1548. Maximilian. Archidux victus in Polonia capitur 1588. Moriuntur. Ferdinand. Rex Neapolitanus 1494. & Christiernus Daniæ Rex 27. annis captivus 1559

E. XXVI. Triumphant: C. Jul. Libo Cos. de Salentinis. V. C. 486. Sex. Apulei. de Hisp. 727. C. Jul. Cæs. Dictator 710. A. C. 457. Marcianus Imp. moritur. cui Leo magnus sufficitur. Frideric. I. Imp. Cremā evertit. 1160. Mor. Heinric. VIII. Angl. Rex 28. Jan.

F. XXVII. Castoris & Pollucis festum. Charistia inter Cognatos celebrata. A. C. 100. moritur Nerva Imp. succ. Trajanus. Moriuntur item: Vitalianus PP. 669. Tamerlanus Tartar. Imp. 1402. Georg. Castriotus cogn. Scanderbegus 1466. & Petrus de Toleto Prorex Neapol. 1553.

G. XXVIII. P. Clodius à Milone occiditur, ante Chr. 50. P. Corn. Dolabella de Lusitanis triumphat V. C. 655. Moriuntur Carolus Magnus 814. & Ottho III. Imp. 1002. Item Marinus PP. 884. & Paulus V. 1621.

A. XXIX. Equiria in campo Martio. Ludi Natalitii anniversarii Constantini Magni. Moriuntur: Dagobert. Magnus Gall. Rex 645. & Robert. Calaber Rex Neapol. 1343.

B. XXX. Pacis festum. Moriuntur: S. Felix I. PP. 275.

275. S. Felix III. 492. & Theophilus Iconomachus Imp. 842. Dragutes Pyrata Aphrodisium expugnat 1550. Joannes de Austria Confœderatos Belgii profligat 1578. Clemens VIII. Pont. creatur 1596. Memorabili & tristissimo Spectaculo latâ à subditis capitali sententiâ Carolus Angliæ Rex publicè securi percutitur. ætatis 49. 1649.

C. XXXI. Penatum Urbanorum, qui & Patrii dicti, festum. Clodium à Milonianis interfectum nonnulli volunt, alii 28. huius. S. Felix I. Pont. creatur. 272. Moritur Henricus Card. ult. Portugalliæ Rex 1580.

FEBRVARIVS.

A Februando dictus, quod idem est, ac purgare seu expiare, populo per 12. dies continuos, pro impetranda mortuorum Manibus quiete, Sacrificiis intento. Fuit hic mensis anni olim ultimus, & Neptuno sacer, etsi ut plurimum Junoni sacra fierent, & inde illa Februalis, seu Februata diceretur.

D. I. Febr. Sacræ Junoni Calendæ. Jovis & Vestæ Sacra, Lucaria appellata. Sospitæ Festum. Senatus Legitimus. Natalis Herculis alii alias. Catilinaria Conjuratio hâc die exequenda. V. C. 407. M. Valer. Corvus de Volscis. 473. T. Coruncanius de Vulsinensibus. 488. M. Fab. Pictor de Salentinis. & 520. Q. Fab. Max. de Liguribus, triumphârunt. A. C. 283. S. Callistus I. 314. S. Sylvester. & 1119. Callistus II. P. P. creantur. 772. Stephanus IV. moritur. Moriuntur item: Ladislaus Ungar. Rx. 1172. & Carolus IV. Gall. Rx. 1328. Nascuntur: Conradus Celtes 1459. Joan. Trithemius 1462. & Georgius Buchanan. 1506.

IIII. Febr.

E. II. Febr. Christus JESUS die æt. 40. in templo præsentatur. Roma à Gotthis tertium capta anno V. C. 1295. A. C. 544. Occasione pestis, à Justiniano Imper. Festum Purificationis solemne instituitur. 1286. Jacobus Siciliæ Rex coronatur. Fridericus Thuringus electus Rom. Imp. moritur 1349.

F. III. Senatus Legit. in quo hac die Aurelius Probus in æde Concordiæ Imp. creatus est. Templum Jerosolymitanum hac die absolutum. 865. Moritur Magnus ille totius Septentrionis Apostolus, primus Bremensium ex Mon. Corbeiæ Archiep. S. Ansgarius.

G. IV. Ludorum Gotthicorum dies I. A. C. 212. Caracalla creatur Imp. Severus Imp. moritur anno 212. Item Fl. Claudius Imp. post Gallienum 271.

A. V. Augustus Pater Patriæ appellatus est. S. Eusebius P. P. 309. & Clemens IV. 1265. creantur. Mediolanum à Francisco Sfortia 1444. & Belgradum à Turcis 1520. capitur.

• B. VI. Ludi Natalitii Anniversarii Alexandri Magni. Severum Imp. aliqui mortuum volunt 1423. Fridericus March. Misn. fit primus suæ familiæ Elector. 1510. Goa Metropolis Indiæ à nostris occupatur.

C. VII. Quartus Ludorum Gotthicorum dies. A. C. 708. Sisinnius Papa moritur. 1550. Julius III. creatur. 1624. Wilhelmus Bavariæ Dux, Maximiliani Elect. parens defungitur.

D. VIII. Ver incipiebat opinione Veterum. Quintus Lud. Gotth. dies. Pelagius II. PP. moritur 590. 1080. Henricus IV. Imp. cum Saxonibus confligit. 1578. Ambsterodamum ab Auraico capitur. 1602. Philippus Emanuel Mercurii Dux bello invictissimus moritur.

E. IX.

E. IX. Sextus & ult. Ludorum Gotth. dies. Adrian. I. PP. 772. & Gregor. XV. 1621. creantur. 1487. Ulricus D. Wirtenberg. nascitur.

F. X. Sergius II. Pont. creatur. Lothar. Saxon. Dux mem. prælio de Henrico IV. Imp. triumphat 1115. Moritur Ioan. Eckius, Lutheri Antagonista.

G. XI. Ludi Genialici. A.C. 435. Pax cum Genserico R. composita. Nonnulli hâc die Victoriam Lotharii celebrant. Elisabeth Heinrici VII. Angliæ Regis Uxor moritur. Albert. Archidux Belgii Gubernator designatus, Bruxellam solemni pompa invehitur.

A. XII A. C. 256. Hali Arabs, Mathematicorum sui temporis Princeps nascitur, anno 1049. S. Leo IX. Com. de Dagsberg, æternum German. decus Pont. creatur. Franciscus Spinola insignis bello dux moritur. Joanna Suffolciæ Duc. ob regnum affectatum decollatur 1554. ætat. 17.

B. XIII. Faunalia primùm. Bachanalia hâc & sequenti die solemnius celebrata. Jovis sacrum. Parentalia. Fabiorum 300. cæde lugubris dies; lætior autem Gallis à Camillo Urbe ejectis. A. C. 528. Iustinianus Imp. conficiendi Codicis curam suscipit. Moritur S. Gregor. II. 731. & Balduinus III. Rex Hierosolym.

C. XIV. Bachanalia secundùm festivius celebrata 1130. Innocent. II. creatur 1131. Honorius II. moritur. 1185. Balduin. IV. Rex Ierosol. moritur.

D. XV. Lupercalia. Dies Februatus dictus. Jussu Pop. Rom. M. Antonius Julio Cæs. Regnum defert, quod ille aspernatur. A. C. 670. Osvvius Rex Berniciæ moritur. 1042. Ungari à Bojis cæsi, Adalberto March. duce. 1152. Conrad. Imp. moritur. 1563.

Mosci

Mosci Lituaniam occupant. 1638. Dux Weinmarius Alsatiam & Sueviam tentat.

E. XVI. Lupercalia secundùm. 731. Gregor. III. creatur. 858. Benedict III. obiit. 1486. Maximilian. I. eligitur. 1497. Philipp. Melanchton Confessionis August. Scriptor nascitur. 1555. Mart. Bucerus exhumatur.

F. XVII Quirinalia primùm celebrata. Jovian. Imp. religiosissimus immaturè, & repentè moritur 367. alii aliter. Wilhelm. Hassiæ Landgrav. casu equi in venatione extinguitur 1500. Augustus Inf. Saxon. Dux nascitur 1576.

G. XVIII. Feralia sive Manibus Sacra. Fornacalia festa. Lupercalia 2. Triumphant M. Pompilius Lænas de Gallis V. C. 403. L. Fulvius Curvus & Q. Fab. Rullianus de Samnitibus & Apulis 431. Q Fabius Maximus Gurges de Samnitibus Lucanis & Brutiis 477. C Claudius Canina de Samnit. 480. C. Sulpicius Gallus de Illiricis 585. Mutæ Festum eodem die celebratum. A. C 999. Moritur Gregor. V. Pont. Max. Elect. S. R. I. Institutor. & anno 1546. Martinus Lutherus. Maria Stuarta R. Scotiæ decollatur 1587. Francisc. D. Guisius proditoriè globo trajicitur.

A. XIX. Charistia 2. celebrata. A. C. 304. Abdicant Diocletian & Maximian. Impp. succedunt Constantius Chlorus & Galerius, qua ipsa die A. C. 224. Heliogabal. occisus fuit. Moritur Sabinian. PP. 605. Nicol. Copernicus 1473. & Francisc. II. R. Gall. 1544. nascuntur. Sigismund. III. Upsaliæ 1594. R. Suecorum coronatur.

B. XX. Terminalia in hon. Termini DEI, & finis anni

anni expiationem celebrata A. C. 1431. Martinus III. aliis V. P P. & 1437. Jacobus I. Rex Scotiæ. & 1513. Joannes Rex Daniæ, moriuntur. Franciſcus Maria II. Roboreus Dux Urbini doctiſſimus naſcitur 1549.

C. XXI. Feralia, Infernalia, Lamenta: quibus epulæ ad ſepulchra ferebantur. A. C. 271. Claudius Imp. moritur. alii al. 1440. Naſcitur Ladislaus Ungar. Rx. 1513. Julius II. Papa moritur 1554. Henricus Suffolciæ Dux decollatur. 1595. Erneſtus Archidux moritur.

D. XXII. Chariſtia Cognatorum ſacra tertium. 398. Siricius Papa moritur. Martinus II. al. IV. 1281. & Nicolaus IV. 1288. creantur.

E. XXIII. Terminalia iterum. Minervæ captæ feſtum. 1443. Matthias Corvinus Huniadis filius Rx. Ungar. naſcitur. 1447. Eugenius IV. moritur.

F. XXIV. Regifugium, pulſo Tarquinio. Terminalia vetuſtiora. Annus novus Numæ. Dies Halcionici. C. Duilius primus navalem triumphum agit de Pœnis & Siculis V. C. 493. P. Corn. Lentulus de Liguribus triumphat. 516. Valentinianus Imp. electus anno Biſſextili, in ſequentem diem differt, quod hæc infauſta haberetur. A. C. 435. Codex Juſtiniani primùm abſolutus & editus eſt. 1463. Naſcitur Joan. Picus Mirandulanus Comes Concordiæ, miraculum eruditionis Franciſci Germanus. 1500. Carolus V. Imp. naſcitur. qui eadem die 1525. Gallum vincit & capit. 1548. Electoratus Saxoniæ ad familiam Miſnenſem transfertur. 1557. Matthias Imp. naſcitur. 1558. Carolus V. Imp. per Legatos reſignat Imperium.

G. XXV. Valentinianus Imp. heri recuſans, nunc acceptat Imperium 365. Geta à Domitiano fra-

tre

tre in sinu matris occiditur, & ab eodem inter Divos refertur, dicente: Sit Divus, modo non vivus. 530. S. Felix eo nomine IV. & 1145. Eugenius III. creantur PP. Lucius II. 1145. moritur 1547. Joan. de Austria nascitur Ratisbonæ. 1637. Ferdinandus II. Imp. moritur.

A. XXVI. Equiriorum dies I. quibus cursu equorum certabatur. Natalis Constantini Magni. aliis al. 1266. Manfredus Siciliæ Rex victus memorabili prælio à Carolo Andegav. in acie occumbit. Bellum Polonicum, quo hâc die Premislaus Silesiæ Dux occiditur 1290. A, C. 1634. Fridlandiæ Dux Comes Wallsteinius, alter Sejanus miserè perimitur.

B. XXVII. Equiria secundùm. Ludi Apollinares primùm celebrati. Odoacer primus Italiæ Rx. à Theodorico ad deditionem cogitur A. C. 493. Rogerius Neapol. & Siciliæ Rex moritur 1153. ubique victor, in cuius ense: Apulus & Calaber Siculus mihi servit & Afer 1551. Martinus Bucerus novi dogmatis auctor moritur. 1594. Heinricus IV. Galliarum Rex coronatur. 1596. Heinricus Guisius Massiliam Hispanis eripit.

C. XXVIII. Ludi Votivi Romæ habiti, Lucius Brutus, qui Reges Româ ejecerat, bello contra Tarquinios gloriosè occumbit, Primus Coss. Rom. L. Scipio Asiaticus triumphat de Antiocho Rege. A. C. 1024. Benedictus VIII. moritur. 1248. Fridericus II. Imp. ad Parmam profligatur. 1266. Murciensi bello Mauri vincuntur. 1476. Carolus Burgundus Helvetios 500. ad Gransee contra datam fidem suspendit & mergit. 1560. Franciscus, Francisci Gall. Rx. filius summo bonorum luctu veneno tollitur.

XXIX.

XXIX. Anno Bissextili 1024. creatur hâc die summus Pontifex Joannes XIX. & anno 1528. Albert. Bavariæ Dux, avus Serenissimi Elect. Maximiliani nascitur.

MARTIVS.

UNus omnium Mensium, ut primus, sic princeps, idem memorabilium rerum, & præcipuorum Christianæ Fidei Mysteriorum prægnantissimus; idem flore Verno lætissimus, illustrissimus, nobilissimus; cujus quidquid edit seu gignit, ea Omnia Vegetiora, lepidiora, insigniora non tam communi hominum æstimatione habentur, quam usu perpetuo comprobantur. Dictus autem est, à Marte Romuli patre, eidemq; à filio dicatus, cuius tamen antiquitus Minerva Præses fuit illustrium ingeniorum ut mater, sic mensis hic pater, cuius alias laudes, peculiari Encomio alias tractavimus.

Cal. Martii.

D. I. Primus hic dies Mundi conditi, à quo & temporis, & rerum, & Historiæ universæ principium, quod nos prolixo tractatu, contra sexcentas aliorum opiniones, constanter & manifestò comprobamus, & cùm annorum tùm mensium atque dierum calculationes, partim refutamus, partim conciliamus. Festum Minervæ. Festum Martis. Matronalia, ob bellum Sabinense per mulieres compositum. Novus ignis in ara Vestæ accensus. Aridis laureis virentes substitutæ in fascibus Consularibus. Ancilia à Saliis circumlata. Vectigalia locata. Minervalia persoluta. Quinquatriorum dies prima. Annæ Perennæ sacrificatum, ut annare & perennare liceret. Diluvium Deucalionis hâc

die

die cœpisse nonnulli volunt, anno mundi 2438. Sylla expugnat Athenas. L. Æmilius Mamercinus & C. Plancius Decianus de Privernatibus V. C. 424. & Q. Luctatius Cerco de Faliscis 512. & M. Cl. Marcell. de Gallis Insubribus & Germanis 531. triumphant. Infaustum Romanis nubere. Martialis Poeta nascitur. Gordian. Imp. moritur A. C. 246. Joan. VII. Pont. creatur 705. Basilius Imp. 886. extinguitur, ipsa die succedente Leone Philosopho. 1547. Albert. March. Brandeb. victus à Saxone capitur. 1476. Festum Concept. B. M. V. à Sixto IV. confirmatur.

E. II. Cœlum creatum, secunda die & feria orbis conditi Junoni Lucinæ sacra dies Quinquatria. 2. A. C. 483. S. Simplic. Papa moritur. 492. S. Gelasius I. creatur 1126. Carol. Flandriæ Comes in templo trucidatur. 1241. Gregorius IX. moritur. 1476. Carol. Burgundus ab Helvetiis castris exuitur. 1484. Maria Burgunda Caroli unica filia Maximiliani I. conjux, equi casu collisa, cum tangi à Medicis & aspici recusaret, moritur.

F. III. Terra, mare, arbores &c. tertia mundi die creata. Quinquatriorum dies 3. Ancilia 2. Infausta connubiis dies. 1431. Eugenius IV. & 1513. Leo X. creantur. 1605. moritur Clemens VIII.

G. IV. Sol, Luna & Stellæ creantur. Quinquatriorum dies 4. Judas Machabæus Nicanorem triumphat. M. Manlius Torquatus V. C. 512. triumphum agit de Faliscis. A. C. 257. S. Lucius I. PP. moritur. 1174. Patavium incendio vastatur exustis 2614. ædibus. Tugium magna parte cum hominibus mergitur. 1435. Breda insigni stratagemate à Nassovio capitur. 1590. Dies Infaustus & Ater.

A. V. Pi-

A. V. Pisces, aves, & animalia muta creantur. Quinquatriorum dies ultima. A. C. 473. Glycerius Olybrio sufficitur in Imperio. 559. Pelagius I. PP. moritur 1152. Frideric. I. fit Imp. Theodoric. Italiæ Rx. Odoacrem Collegam convivio exceptum necat.

B. VI. Unus Omnium dierum facile princeps: quo DEUS ad Imaginem suam hominem creavit, in quo Uno, Omnia creata, tanquam in Microcosmo redhibuit, & Uni Omnia, teste David Rege, sub pedibus subjecit. Apollinis Sospitatoris apud Jones & Milesios maxime Festum. Sacra Vestæ apud Romanos. Thesei item illustris memoria, & pompa puellaris, ad templum Apollinis, in honorem Thesei celebrata. Ipsa die C. Julius Cæsar Pontifex creatus est, quo eodem honore hâc item die Augustus insignitus est. A. C. 222. Monstrum Cæsaris Heliogabalus trucidatur, ipsa die Alexander Opt. Imp. Mammeæ sanctæ matris filius creatur Augustus. 1116. B. Paschalis II. Investituras ab Heinrico V. extortas solemniter revocat. 1271. Heinricus sive Enzius Friderici II. Imp. filius 22. annis captivus, paulò ante mortem filium suum Bentivolium Bononiensibus commendat, à quo Illustrissimæ Bentivoliorum familiæ origo. 1447. Creatur Nicolaus V. PP. Nascitur Francisc. Mirandulanus, Pici Germanus, virtutis liberalissimique ingenii notissimum orbi miraculum. 1629. Ferdinand. II. Imp. restitutionem bonorum Ecclesiasticorum datis litteris jubet & promulgat.

C. VII. Sabbathum Orbis primum, quo DEUS requievit ab omni opere quod patrarat, cum pridie, sexta nimirum feriâ summis Mysteriis destinatâ, hominem creasset. Junonalia sive Junonis sacra. Vel

jovis

jovis item Festum. Ludi Martiales solemnissimi Trajanum nonnulli A. C. 118. hac die extinctum volunt. Antoninus Pius moritur 163. 965. Edicto Mieslai Principis ad sacra Christiana conversi, per Poloniam idola evertuntur, & Anniversaria rei memoria solemnis jubetur.

D. VIII. Dies Ater Romanis. A. C. 483. S. Felix III. PP. creatur. 1096. Gualterus Sensanier, heros maximus, cum exercitu primo Christianorum in Orientem contra Saracenos movet. Frideric. III. Imp. Romam, coronam suscepturus, magna pompa invehitur. 1452. Francisc. Sfortia Dux Mediolani incomparabilis Princeps obiit 1466. Tillius Hornium Bambergæ profligat 1632.

E. IX. Saliaria à Numa ℞. instituta & honori Martis sacrata. Arma Ancilia circumlata. A. C. 385. Siricius PP. creatur. & 1144 Lucius II. 1357. Castellani Turiasonem expugnant. 1443. Leonardus Aretinus moritur. 1595. Joan. Frideric. Saxon. Dux captivus Stiræ in oppido Austriæ moritur.

F. X. Æquinoctium novum. Anno V.C. 504. Carthaginenses à C. Lucentio Catulo navali prælio vincuntur, cæsis 14000. captis 32000. T. Manlius Torquatus de Sardis triumphat V. C. 518. & C. Flamminius 530. de Gallis. 1236. Moritur in carcere Henricus, Friderici II. Imp. filius 1503. Ferdinand. I. Imp. nascitur. Heliogabalum nonnulli hâc die occisum volunt.

G. XI. Cereris festum apud Græcos & Romanos, ab his Græcum dictum quod inde translatum esset. A. C. 641. Heraclius Imp. hydrope moritur. 1268. Sextus liber Decretalium à Bonifacio VIII. vulgatur.

vulgatur. 1486. Albert. Marchio Brandenburg. dictus Achilles German. moritur. 1597. Ambianum stratagemate ab Hispanis capitur.

A. XII. P. Furius Philus de Gallis & Liguribus cles. Doct. Gregorius PP. & 1003. Sylvester II. Urbanus II. creatur 1088. Lotharius II. Imp. cum Bohemis confligit 1126. Vladisl. Locticus R. Polon. & Vladisl. R. Ung. & Bohem. moriuntur, ille A. 1333. iste 1516. Natalis Dionys. Carthus. lectissimi script.

B. XIII. Triumphus Judæ Machabæi de Antiocho. Equiria 3. celebrata. Jovis Cultoris festum in arce Capitolina. A. C. 637. Mahomet impius Propheta moritur. 1076. Rudolph. Rhinfeld. eligitur Imp. 1569. Lud. Princeps Condæus, captus sclopeto trajicitur.

C. XIV. Mamuralia, Martialium Lud. genus, A. C. 398. Anastasius I. PP. creatur 1272. Henric. sive Henzius Friderici II. Imp. filius post 22. annorum captivitatem moritur Bononiæ. 1590. Henric. IV. Gall. Rex Confœderatos profligat.

D. XV. Annæ Perennæ festum Geniale, quo cyathis ad numeros annorum æt. certarum. Castoris & Pollucis Festum 2. Parricidium dictus hic dies, ob Julium Cæs. 23. vulneribus confossum ætat. 56. Dies Magistratui ineundo Romæ solemnis. Manlius ovans Romam ingreditur, induciis cum Veientibus factis. M. Valerius Corvus de Calenis V. C. 418. & M. Pomponius Matho 522. de Sardis triumphant. A. C. 459. Attila flagellum DEI inter nuptias, sanguine è naribus fluente perit. 752. S. Zacharias PP. moritur. 963. Roman. Constantini Imp. filius obiit. 1632. Tillius prælio ad Rain lethaliter vulneratus, paulo post extinguitur.

E. XVI.

E. XVI. Themistocl. Xerxem navali vincit prælio. Nascitur ipsa die Euripides. Eadem die post annos 78. Lysander Athenas capit. A. C. 33. M. Cocceius Nerva Imp. nascitur. A. C. 39. Tiberius moritur & succedit Caligula. Anno V. C. 1003. Roma quartùm capta à Gothis. A. C. 842. Lotharius I. Imp. victus à fratribus ad Sentiacum. 1452. Frideric. III. Imp. Romæ coronatur.

F. XVII. Liberalia quæ & Bachanalia Rom. quo die pueri togam sumere soliti. Agonalia Bachi. M. Val. Max. Messala de Pœnis & Siculis triumphat. V. C. 40. Cæsar Pompejum ad Mundam profligat. A. C. 182. M. Aurelius Philos. Imp. cumque ipso felicitas Rom. Imperii extinguitur. succedit ipsâ die commodus filius. A. C. 375. Moritur Valentinianus I. Imp. & eadem die 455. Valentinianus III. Imper. 1575. Rex Fessæ & Marocci Abdelmelecus, Mahometem nepotem grandi clade profligat.

G. XVIII. Templum Jovis Palat. cum libris Sibillinis exuritur. A. C. 219. Opilius Macrinus Imp. militari tumultu occiditur. 236. Alexander Imp. cum Mammæa matre obtruncatur. 1227. Honorius III. PP. creatur. Matthias Ung. Rex 1464. creatur 1582. Wilh. Auriacus sclopeto conficitur. A. C. 967. Alranus Carretanus Montisferrati Principatu ab Othone I. Imp. donatur, alii XXIII. Martii.

A. XIX. Quinquatria 2. apud Græcos & Roman. Phocion. Athen. in gratiam Cassandri veneno necatur. Minerval Magistris hâc die numeratum. A. C. 128. Navarreos bello vincit Petrus Cornelius Aragon. Generalis.

B. XX. Quinquatriorum secundùm dies altera. Minervæ

Minervæ Capitalis ſacra in Monte Cœlio. Naſcitur P. Ovidius Naſo annis 40. ante Chriſtum. A. C. 1227. Gregorius IX. PP. creatur. 1411. Jodocus Moravus electus Imp. & 1413. Henric. IV. Rx. Angliæ. itemque 1619. Matthias Auſtriacus Imp. moriuntur.

C. XXI. Tertius ex Quinquatriis alteris dies. V. C. 500. Cn. Corn. Scipio Aſina de Pœnis, ſimulque C. Sempron. Bleſus triumphant A. C. 269. Gallienus Imp. cum fratre & filiis occiditur. 917. Bertholdus Erchingerus & Luitfridus Alemanniæ Duces, in Salomonem Abb. S. Galli & Epiſc. Conſtant injurii decollantur. 1077. Rudolphus Sueviæ Dux coronatur Imp. 1450. Ferdinandus Hiſpaniæ Rex naſcitur.

D. XXII. Quartus dies Quinquatriorum. Hilaria Matri Deorum ſacra. A. C. 1312. Ordo Templariorum à Clemente V. extirpatur. 1459. Maximilianus I. naſcitur. 1471. Georgius Podiebrac. Rex Bohemiæ moritur.

E. XXIII. Tubiluſtrum. ultimus Quinquatriorum dies. Tubæ autem in atrio Sutorio luſtratæ. A. C. 967. Alcanus Carretanus ab Otth. I. Imp. donatur Principatu Montisferrati, inde familiæ origo: alii al. A. C. 1555. Julius III. PP. moritur. & 1606. Juſtus Lipſius.

F. XXIV. Primus dies Azimorum juxta incorrecti Calendarii rectam calculationem. A. C. 1430. Mahomet I. Turcarum Imp. naſcitur. 1455. Nicolaus V. PP. moritur. 1594. Henric. Rex Galliarum & Navarræ, Pariſiorum urbe potitur.

G. XXV. Annunciationis Dominicæ & Incarnationis Feſtum. Chriſtus eâdem die paſſus & mortuus

tuus creditur, quamvis non pauci eruditorum, ad 4. & 3. Id. Apr. differendum putent. De compositione opinionum nos aliàs. Æquinoctium vernum vetùs, Hilaria secundùm quod ab hac die Sol diem nocte longiorem faceret. A. C. 421. Urbs Veneta ædificari cœpit. Tredecim Urbes Asiæ uno terræ motu eversæ. A. C. 195. Pertinax Opt. Imp. Juliani scelere perimitur, & hic succedit. 715. Theodosius Adramitenus abdicat Leo Isauricus, creatur 717. Richardus Angl. Rex cognom. Cor Leonis moritur 1199. Francisc. Medicæus Dux Florentiæ nascitur 1541.

A. XXVI. Sabbathum Sanctum, quo Christus Vita nostra quievit in tumulo, juxta calc. dict. Ludi Lustrales Martii, quibus Aquilæ, arma & tubæ lustrabantur. Ipsa die Julius Cæsar Aquileiam recepit, A. C. 1027. Conradus Imp. coronatur 1218. Ottho IV. Imp. pœnitentiæ exemplar augustissimum moritur. 1350. Alphonsus II. Castellæ Rex vitâ excedit. 1635. Archiepisc. Treverensis ab Hispanis capitur.

B. XXVII. Triumphus Christi resurgentis. Festum Matris Deorum. Hilaria iterum. Lavatio. Megalenses Ludi Romæ. L. Posthum. Megell. de Samnit. & Etruscis. V. C. 459. & L. Corn. Balbus ex Africa, 734. triumphant. A. C. 609. Phocas Imp. fœde truncatus perimitur. 772. Stephan. II. PP. & 1299. Albert. I. Imp. creantur. 1378. Carolus IV. Imp. & Gregorius XI. eodem anno & die moriuntur. 1363. Joan. Gall. R. & 1406. Joan. R Scotiæ vitâ excedunt. 1637. Multa mortalium millia cum pluribus Urbibus, oppidis, castris & villis terræ motu pereunt in Calabria.

E C.XXVIII.

C. XXVIII. Sacra Jano & Concordiæ dies. Romani corvum salutatorem magnificè sepeliunt. V. C. 695. Helvetii desertâ & incensâ patriâ Gallias armis tentant. A.C. 364. Valens fit Imperator. 587. Chilpericus Rex Galliarum occiditur. 593. Guntrammus Burgundiæ Rex moritur. & Anno 440. S. Sixtus III.

D. XXIX. Claudius Imp. scelere uxoris veneno perit. A.C. 58. Cælestinus III. PP. creatur 1191. Martinus II. al. IV. moritur 1285. Vitâ excedit Francisc. Dux Mantuæ gloriosissimus 1519. Adolphus Com. Svvartzenbergius Iaurinum occupat 1598.

E. XXX. Concordiæ festum secundò. Item Jani; Pacis; Salutis Festa. Vesperæ Siculæ, Gallis ad condictum Vesperarum signum internecione deletis in Sicilia 1281. A.C. 278. Aurelianus Imp. occiditur. alii al. 752. moritur Stephan. II. PP. & creatur Stephan. III. 1440. Frideric. III. Imp. eligitur.

F. XXXI. Lunæ Dianæ festum in monte Aventino. Titus Pomponius Atticus moritur V. C. 722. A. C. 1258. Alphonsus Castellæ Rex creatur Imp. 1518. Henric. II. Galliarum Rex Francisci I. filius nascitur. 1547. Franciscus I. Galliarum Rex fortissimus moritur. 1621. Philipp. III. Hispaniar. Rex vitâ excedit.

APRILIS.

Sive Aperilis, quod terram aperiat, nonnullis Aphrilis ab Ἀφρὸς spuma, quod Venus, cui hic mensis sacer est, ex spuma maris fingatur nata, secundus in ordine mensium apud Veteres, hodie quartus est.

Cal.

Cal. Aprilis.

G. I. Festum Veneris sive Veneralia sacra floribus & myrto. Fortunæ Virilis Festum. Thargelia, Apaturia, & Homopatoria apud Græcos, quæ & Romanæ mulieres celebrabant. Q. Martius Philipp. triumphat de Hetruscis. V. C. 472. & P. Caruilius Max. de Sardis. V. C. 519. Cicero pergit in exilium, eiusque ædes à Clodio incenduntur, area Libertati consecratur, & bona publicantur. A. C. 457. Majorianus, & 527. Justinianus Magnus Impp. creantur. 1080. Nicephorus Botoniates Imperio dejicitur. Conrad. II. 1039. eligitur. Emericus Rex Cypri 1205. & Sigismund. Rex Poloniæ 1548. moriuntur. 1605. Leo XI. creatur Pont.

A. II. Quirini DEI natalis, quo nomine Romulus post Apotheosin appellatus est, & Dii eiusmodi ex hominibus lecti Indigetes dicti. A. C. 412. Roma superiore die ab Alarico capta, misere diripitur, cui tamen Placidia Honorii Imp. soror ab Alarico ducta plurimum consulit. 568. Alboinus fit Rex Longobardorum. Cameracum 930. obsessum ab Ungaris ope DEIparæ mirè servatur. Ipsa die Lobienses ope SS. Ursmari & Ermini ab iisdem Ungaris prodigiosè liberantur. 1285. Creatur Honorius IV. Pont. 1416. Ferdinandus Castellæ & Leg. Rex moritur.

B. III. Christus octava post resurrectionem die discipulis apparet. A. C. 103. S. Anacletus PP. creatur. 1287. Honorius IV. moritur. 1276. Margaritha Com. Hennenberg. vivos infantes 364. promiscui sexus parit omnes à Guidone Suffraganeo Ultraject. baptizatos. 1025. Boleslaus Poloniæ, & 1364. Joan. Gall. Reges moriuntur.

C. IV. Megalesia secundùm Matri Deorum sacra A. C. 622. Heraclius Imp. movet in Persas, durante sexennium bello. 1081. Alexius Comnenus creatur Imp. 1292. Nicolaus PP. IV. moritur. 1396. Georg. Trapezuntius nascitur. Moriuntur: 1420. Baldus de Ubaldis. 1603. Elisabeth R. Ang.

D. V. Dianæ Natalis. Festum Isidis. Megalesiorum dies. 2. S. Ludovic. Gall. Rex cum 2. fratribus capitur à Saracenis. 1250. 1490. Matthias Ungar. R. Ungarorum terror moritur. 1355. Carol. IV. Imp. Romæ coronatur.

E. VI. Natalis Apollinis & Dianæ, eodem partu prodeuntium, licet huius natalis pridie celebraretur. Fortunæ Publicæ Primogeniæ festum in colle Quirinali; Natalis Socratis, qui oraculo Delphico judicatus est totius Græciæ sapientissimus. Athenienses hoc die urbem lustrabant. A. C. 491. Zeno Imp. Comitiali laborans morbo, vivus sepelitur. 1520. Raphaël Urbinas Pictoris miraculum moritur. eodem olim die natus. 1527. Albertus Durerus redivivus Apelles extinguitur.

F. VII. THARGILIA. Festum Apollinis Athenis celebratum. KAPNEIA Festum Apollinis apud Cyrenæos. Natalis Platonis & Carneadis. item Castoris & Pollucis opinione quorundam. A. C. 275. S. Stephan. I. PP. creatur. 491. Anastasius fit Imp 1078. Deponitur Michael Parapinaceus Imp. 1498. Moritur Carolus VIII. Gall. Rex.

G. VIII. Ludi ob Victoriam Cæs. A. C. 219. M. Ant. Caracalla occiditur. A. C. 148. L. Septimius Severus Imp. nascitur. Varia signa hâc die cum Solymorum eversionem visa. A. C. 73. A. C. 142. Telephorus

phorus Papa creatur. 936. Joan. IX. moritur. 1455. Callistus III. creatur. 1492. Laurentius Medices litterarum parens dictus defungitur.

A. IX. Cerealia cum ludis solemnibus. Instaurationis dies Circensibus additus. A. C. 669. Adeodatus Papa, & 1378. Urbanus VI. & 1555. Marcellus II. creantur. 714. Constantin. Papa moritur. 1242. Tartari Silesios vincunt, tanta tamen suorum clade, uti ipsi fugerent. 1453. Mahometes Constantinopolim obsidere cœpit. 1483. Obiit Eduardus R. Angl.

B. X. A. C. 536. Moritur S. Agapetus, & 1191. Clemens III. & 1585. Gregorius XIII. Moriuntur item Ludovicus Balbus Imp. 879. & Templariorum præcipui, abrogato Ordine violenter occisi 1312. 1185. Isaacius Angelus fit Imp. 1486. Maximilian. I. Imp. coronatur. 1552. Henric. II Galliarum Rex Metas subjugat.

C. XI. Milo ob Clodii cædem damnatur. Ludi Anniversarii Natalitii Veri Cæs. A. C. 461. Moritur Leo Magnus Papa 219. Macrinus fit Imp. 678. Donus Papa. & 1034. Romanus Imp. moriuntur, & 1256 Margaritha Regina Navarræ. 1512. Bajazethes Imp. à Selymo filio, regno & vitâ exuitur. ipso anno & die Ludovic. Rex Galliarum Pontificios ad Ravennam profligat cæsis 16. millibus.

D. XII. Magna Mater, sive Mater DEUM Megalesia Romam advecta. Ludi Cerealici. Cn. Pompeius Magni filius in Hispan. victus & cæsus. A. C. 409. Alaricus Gotthus Stiliconem magno prælio vincit. 1352. S. Julius I. & 847. Sergius II PP. moriuntur. 465. Anthemius Imp. & 847. Leo IV. item 1073. Gregor. VII. creantur. 1402. Galli & Veneti Con-

ſtantinopolim occupant, & Balduinum Flandrum Imp. creant.

E. XIII. Jovis Victoris feſtum. Libertatis feſtum. C. Aur. Cotta de Pœnis & Siculis triumphat V. C. 501. Mecænas Augusti amicisſimus, Poetarum patronus naſcitur. Romulus Fidene oppido potitur A. C. 529. Codex Juſtiniani abſolvitur. 1054. Victor II. Papa & anno 1111. Henricus V. Imp. creantur. 1559. Melchior Zobell. Epiſc. Herbipol. globo trajicitur 1567 Gotha expugnatur.

F. XIV. M. Antonius ab Octav. Cæſ. vincitur. Hermenegildus Hiſpaniarum Rex Catholicus juſſu patris Hæretici occiditur. A. C. 1544. Franciſc. Anguineus 20. millia hoſtium profligat. 1574. Chriſtophor. Palat. à Sancio de Auila vincitur.

G. XV. Fordicidia, à Numa ob luem pecorum inſtituta. A. C. 591. Filium Theodoſium Auguſtum creat Mauritius Imp. 781. Ludovicus Pius & Pipinus frater, Reges Aquitaniæ & Italiæ creantur. Balduinus Imp. victus à Saracenis occiditur 1205. 1545. Franciſcus Rex Galliarum Waldenſes Hæreticos interneciōne delet.

A. XVI. Auguſtus Imp. ſalutatur, alii aliàs. Alaricus Rex præter datam fidem à Stilicone obruitur, & gravi clade afficitur. A. C. 529. Novus Codex à Juſtiniano editur. 1191. Heinric. Friderici I. filius creatur Imp. 1581. Philippus III. Hiſp. Rex Portugalliæ corona inſignitur.

B. XVII. Alaricus Stiliconis perfidiam inſigni victoria ulciſcitur, Romamque poſt biennii obſidionem occupat. A. C. 175. Moritur S. Anicetus Papa. 1446. In Hollandia rupto aggere, ſupra 100. millia homi-

hominum mersa sunt. 1633. Altringerus Forbesium cum Suecis cædit.

C. XVIII. Equiria, in Circo maximo. Vulpes Carseolana. Combustio vulpium. Hierosolymam hodie nonnulli captam volunt, à Tito cum undecies centena milia fama & gladio periissent, supra 900. millia dispersa, & 100. millia vendita essent. Moritur Clemens V. 1314. A. C. 1111. Alphonsus Rex Aragonũ dictus Imperator, subactis Carpentanis triũphat.

D. XIX. Ludi Cereales tertium. A. C. 1054. Moritur S. Leo IX. PP. & 1390. Robertus Scotiæ Rex 1529. Protestantium nomen primùm auditum. 1560. Philipp. Melanchton Scriptor Confessionis Augustanæ moritur.

E. XX. Agonia, sive Agonalia Bachi. Parilia, à pariendo dicta. A. C. 68. Ottho Imp. à Vitellio victus seipsum interficit, alii heri, cras alii. 603. Mauritius Imp. jussu Phocæ cum filiis necatur. Creatur Benedictus II. PP. 684. 1314. Clemens V. moritur 1400. Obiit Baldus Perusinus I. C. Clarissimus. 1439. Arcturus Anglos profligat & Parisiis ejicit.

F. XXI. Romæ Natalis: cum Romulus hâc die aratro mœnia designaret, anno ante Christum 752. Natalis Numæ R. Palilia festum Pastorum, qui Deam Palem colebant. Agonalia secundùm. Nundinæ Vrbis A. C. 250. Philipp. Arabs Imp. ludos seculares maximo apparatu celebrat. 886. Maximianus fit Collega Diocletiani. 1574. Nascitur Cosmus II. Medices, pater Ferdinandi.

G. XXII. Vinalia priora: vinis solemni ritu degustatis. Jovis & Veneris sacra. A. C. 171. Sother Papa moritur. 296. fit Martyr Cajus Pont. 1073. Ale-

xander II. defungitur. 1168. Henric. Friderici I. filius Messanæ in Sicilia decedit.

A. XXIII. Vinalia secundùm. Festum meretricum. Mahometes Pseudopropheta nascitur. A. C. 596. & hic dies principium anni apud Turcos. 867. Moritur Michael III. Imp. succedit ipsa die Basilius. 1516. Obiit Henric. VII. Rex Angliæ.

B. XXIV. Troja à Græcis capta ante Christum 1183. ante V. C. 432. Timoleon Carthaginenses difficili prælio superat. A. C. 858. Nicolaus I. & 1585. Sixt. V. creantur. 1308. Albertus I. Imp. à Nepote occiditur. 1547. Joan. Frideric. Elector Saxon. à Carolo V. capitur.

C. XXV. Plynthria: Græcorum festum ob Alcibiadis reditum. Robigalia sive Rubigalia contra rubiginem segetum à Numa institutum. Serâpia. A. C. 1215. S. Ludovic. Gall. Rex nascitur. 1490. Ferdinandus Dux Albanus nascitur.

D. XXVI. Natalis Antonini Philosophi opt. Imp. A. C. 1014. S. Henricus Imp. à Benedicto VIII. coronatur. 1518. Moritur Gilbertus X. Corregius Ecclesiæ Generalis. 1626. Mansfeldus à Tillio prope Dessaviam profligatur, cæsis 4000. captis 3000.

E. XXVII. Latinæ feriæ in sacro monte. A. C. 93. S. Cletus moritur. 1218. Rudolphus I. Imp. nascitur. 1521. Magellanus Indiæ inventor, contra Indos occumbit. 1578. Philipp. III. Rex Hispan. natus 1622. Badensis Marchio ad Wimpfen profligatur, cæsis 6000. captis 2000.

F. XXVIII. Floralia, ut omnia benè deflorescant. Rubigalia secundùm. A. C. 32. Otho Imp. nascitur. 1058. Moritur Stephan. X. PP. 1401. Sigismun-

gismundus Ungar. Rex ab Ungaris capitur. factus de- in Imp. Consalvus Magnus Gallos ad Ciriniolam pro- fligat.

G. XXIX. Decius Imp. juratissimus Christia- norum hostis, unà cum filio interimitur. A. C. 254. A. C. 1000. Sichardus Comes Wettinensis, Marchio Brandeburgius moritur.

A. XXX. Floralia secundùm. Vestæ & Phœbi sacra. L. Annæus Seneca jussu Neronis Imp. nequis- simi discipuli occiditur. A. C. 67. Lucanus Poeta occi- ditur. Hildegardis Caroli Magni conjux moritur, alii aliter.

MAIVS.

A Majoribus, quorum consilio Resp. gerebatur, sic- ut Junius à Junioribus dictus, teste Plutarcho & Ovidio:

Hinc sua Majores tribuêre vocabulo Majo &c. Alii à Maja Mercurii Matre; quidam à Majestate DEA dictum voluêre. Majo mense templa omnia clausa e- rant; & nubere infaustum credebatur. Cæterum A- pollini sacer mensis fuit.

Cal. Maji.

B. I. Bonæ Deæ Festum. Ludorum Floralium dies 1. Lares Præstites Romæ colebantur. Templum in Aventino, â Claudia Vestali sacratur. V.C. 427. Q. Publ. Philo triumphat de Samnitibus. A. C. 250. Magna pars urbis incendio perit. Flamen Vulcanalis Majestati Deæ sacrum faciebat. A. C. 408 Arcadius Imp. & 1044. Gregor. VI. Papa, moriuntur. 1187. Sa- ladinus ad Acconem à Templariis profligatur. 1229. Jacob. R. Aragon. Balearicum bellum contra Mauros

 aggredi-

aggreditur. 1555. Marcellus II. & 1572. Pius V. PP. moriuntur.

C. II. Compitalia ſecundùm. Floralium dies 2. A. C. 374. Magnus Athanaſius de re Chriſtiana meritiſſimus moritur. 1459. Antoninus Epiſc. Florent. moritur. 1631. Ferdinandus III. Ung. R. nunc Imp. nuptias celebrat, cum Maria Regis Philippi IV. ſorore. 1636. Hazfeldius Panerium cum Suecis Saxoniâ ejicit.

D. III. Ludorum Floralium dies 3. A. C. 132. Alexander I. PP. patitur. 175. Sother Papa, & 179. Eleutherius, itemque 296. Marcellinus PP. creantur. 1481. Mahometes primus Turcarum Orientis Imp. moritur. Alii aliter. 1510. Alexander V. moritur.

E. IV. Lud. Flor. dies 4. A. C. 1049. Memorabili ſolemnitate S. Leo IX. SS. JESU Chriſti lateris ſanguinem Mantuæ repertum elevat. 1309. Carolus Claudus cognom. Cunctator, idem Alexander Magnus dictus moritur, R. Neapolitanus. 1425. Defungitur Joannes Dux Brabantiæ, fundator Academiæ Lovanienſis.

F. V. Chriſtus Dominus Victor ad cœlum aſcendit. Ludorum Floralium dies 5. Carol. Magnus ſuperatum Deſiderium Longobard. Regem in exilium mittit. A. C. 885. Stephanus VI. & 1572. Gregorius XIII. creantur. 1056. Dedo Saxoniæ Palatinus, vulgò Pauperum pater, à Clerico perimitur. 1333. Henric. Com. Tirol. Rex Bohemiæ moritur, alii aliter. 1525. Frideric. III. Saxon. Elector, delati Imperii contemptu glorioſiſſimus, moritur 1547. Carolus V. & Ferdinand. frater Witebergam aggrediuntur.

G. VI. Floralium dies 6. & ult. C. Marius Rutilus de Tuſcis triumphat. V. C. 397. A. C. 1052. Bonifac. Tuſciæ Marchio potentiſſimus per inſidias trucidatur.

1527.

1527. Roma à Cæsarianis capitur, & Dux Borbonius dum mœnia ipse scandit, globo trajectus occumbit.

A. VII. Gallus Sulpitius Peticus de Gallis triumphat V. C. 395. A. C. 73. Titi milites partem Solimorum occupant, muro superato; alii al. A. C. 974. Obiisse hodie Otthonem I. Magnum Cæs. nonnulli volunt. 685. Benedict. II. & 996. Joan. XV. PP. moriuntur. 1208. Ladislaus III. 1225. Bela IV. Ung. Reges extinguuntur. 1342. Clemens V. Papa creatur 1370 David II. R. Scotiæ ob. 1622. Prælium ad Wimpfen.

B. VIII. Dies Neptuno sacer. Æstatis initium vet. Romanis. A. C. 322. Liberius creatur PP. 614. Bonifacius Papa moritur. 1063. Ramirus Arag. Rex à nepote Sancio in bello occiditur. 1506. Christophor. Columbus novi orbis inventor moritur.

C. IX. Lemuria Sacra nocturna tribus noctibus alternis ad fugandos Lemures. Infaustum nubere Romanis. A. C. 423. fundatur Academia Bononiensis per Theodosium Imp. 885. Hadrianus III. PP. moritur. 1291. Ædes DEIparæ Nazarethanæ per Angelos in Dalmatiam transferuntur, per vicies centena passuum millia.

D. X. Plejadum exortus matutinus æstatis initium afferre olim credebatur. A. C. 330. Nova Roma Constantinopolis in honorem DEI paræ dedicatur, & sub titulo Natalis novæ Romæ anniversaria memoria solemnis instituitur. 440. S. Leo I. Magnus PP. creatur. 1556. Terræ motu Constantinopoli multa millia opprimuntur.

E. XI. Lemuria secundùm celebrata. A. C. 1379 Henricus II. Castellæ & Leg. R. qui Petrum fratrem, alterum Neronem sustulit moritur.

F. XII. Martis

F. XII. Martis Ultoris festum. Ludi Martiales. Ludi Ostensionales & Venatorii in castris. Q. Fab. Vibulanus, & L. Cornelius de Volscis triumphant V. C. 294. A. C. 1472. Carol. Aquitaniæ Dux Caroli VII. R. filius, fax belli contra Carolum VIII. veneno perit. 1552. obsidetur Norimberga à Brandeburgio.

G. XIII. Lemuria postrema. Ludi Martiales iterum. Ludi Piscat... A. C. 841. Lotharii Imp. exercitus à Ludovico fratre profligatur. 1012. Sergius Papa moritur. 1534. Philippus Hassiæ Landgravius cæsis Ferdinandi R. copiis Ulricum Wirtenbergensem restituit. 1585. Bruxella ab Hispanis capitur.

A. XIV. A. C. 626. Honorius I. PP. creatur. 649. Theodorus I. 964. Joannes XII. & 824. Paschalis I. PP. moriuntur. 1509. Veneti à Gallis ad Caruaglium cæduntur, desideratis 8000. 1524. Landgravius Hassiæ rebelles rusticos profligat. 1610. Henric. IV. Gall. R. parricidiali manu occiditur, ipsa die succedit Ludovicus XIII.

B. XV. Spiritus sanctus in discipulos Christi missus est. Mercurio primum Romæ templum dicatur. inde hâc die Mercurialia Mercatorum festum. Eâdem die Argeorum scirpea simulachra quotannis è ponte sublicio in Tyberim abjecta. Senatus Legitimus C. Proculus de Hernicis triumphat V. C. 395. A. C. 392. Valentinian. Junior Imp. dolo Arbogastis Comitis strangulatur. alii mense August. 388. Maximus tyrannus tollitur. 402. S. Innocent. Papa creatur. 1548. Interim illud interitum multis afferens Augustæ promulgatur.

C. XVI. A. C. 573. S. Benedictus I. & 824. Eugenius II. & 1605. Paulus V. PP. creantur. 1204. Balduinus,

duinus Flandriæ Comes post captam à nostris Constantinop. fit primus Imp. Orientis. 1270. perit miserabili conflagratione Ægra Bohemiæ. 1425. Christophorus Comes Castellioneus Legum Monarcha moritur.

D. XVII. A. C. 456. Avitus Imperium deponit, & fit Episcopus Placentinus, vacat inde Imperium Occidentis 10. mensibus. 1410. Joannes XXII. al. XXIII. creatur. Moriuntur Wenceslaus Dux Plocensis, Mieslaus Opoliensis, & Gothardus Dux Curlandiæ.

E. XVIII. V. C. 413. T. Manlius Torquatus de Latinis Campanis & Sidicinis triumphat. A. C. 837. Prælium ad Walcram contra Nortmannos. 1431. Sigismundus Imp. coronatur. 1509. Veneti à Cæsarianis triumphantur. 1547. Joan. Frideric. Saxon. Elector exauctoratur.

F. XIX. A. C. 526. Antiochia terræmotu tota ferè corruit. 1291. Accon à Saracenis capitur, cæsis nostrorum 30000. 1396. Joan. Aragon. R. mulæ lapsu oppressus repente extinguitur. 1470. Mahometes Imp. Chalcide potitus Italos omnes palis affigit.

G. XX. Agonia sive Agonalia Jani primùm. Initium Nicenæ Episcoporum 318. Synodi factum, adversus Arrium. A. C. 714. Gregorius II. PP. creatur 1470. Petrus Bembus Card. & 1471. Albert. Durerus redivivus Apelles nascuntur. 1631. Magdeburgium expugnatur desideratis civium 30000. 1635. Cæsi Hispani & captus Dux Feriæ à Gallis prope Namurcum.

A. XXI. Agonalia secundùm. A. C. 337. Constantin. Magnus Aquilæ bicipitis auctor moritur. item Ludovi-

Ludovicus Pius Imp. 840. & 1277. Joan. XX. al. XXI. PP. 1527. Philipp II. R. Hispan. nascitur.

B. XXII. Tubilustrium prius, quo Tubæ sacrorum in atrio sutorio lustrabantur. Vulcani feriæ. A. C. 1254. Conradus III. Imp. & 1482. Christiern. I. Rex Daniæ moriuntur. 1547. Ericus Dux Brunsvicens. à Protestantibus cæditur. 1552. Mauritius Saxon. Dux Tirolim invadit, & Ehrnburg capit.

C. XXIII. Tubilustrium alterum. A. C. 132. Sixtus I. & 1555. Paulus IV. PP. creantur. 1125. Henric. V. Imp. & 1412. Leopoldus III. Aust. Archid moriuntur. 1547. Cæsariani prope Bremam profligantur. 1552. Oenipontum occupat Saxo, vix effugiente Carolo V. Imp. 1618. Bohemi Cæsaris Consiliarios è fenestris aulæ Pragensis ejiciunt, & excitatur bellum Bohemicum Germaniæ funestissimum.

D. XXIV. A. C. 1086. Moritur S. Gregor. VII. usque hodie in tumulo incorruptus, succedit ipsa die Victor III. quo nemo constantius summum honorem recusavit. 1153. David Rex Scotiæ moritur. 1483. Eduardus Walliæ Princeps hæres Regni, à patruo tutore in carcere strangulatur.

E. XXV. Fortunæ templum assignatum. A. V. C. 86. Servius Tullus Rex Rom. de Hetruscis triumphat. Moritur A.C. 233. Urban. I. PP. 1085. Alphonsus Aragon. Rex Toletum expugnat. 1158. Niclotus Obortitorum Rex bello petitus ab Heinrico Leone, à rusticis occiditur. 1196. Alphonsus II. Rex Aragon. & 1261. Alexander IV. PP. moriuntur. 1513. Genua ad Imperium Gallorum redit.

F. XXVI. Tarquinii fuga aliis 24 Febr. Germanicus Drusi filius triumphat de Cheruscis, Cattis & Angriva.

Angrivariis. Didius Julianus Imp. nascitur A. C. 194. Obiit S. Eleutherius PP. & A. C. 1362. Ludovic. Tarentinus Rex Neapolis.

G. XXVII. A.C. 190. Antoninus Geta Imp. nascitur. 526. S. Joannes I. PP. moritur. itemque Joan. II. 535. 891. Formosus creatur. 1076 Raymund. Berengarius Comes Barcinon. murus populi Christiani dictus, 12. Regum Maurorum triumphator moritur. 1583. Lazarus de Schvvendi celeberrimus bello Dux moritur. 1564. Joan. Calvinus novæ Sectæ auctor extinguitur.

A. XXVIII. Fortunæ Publicæ Primogeniæ festum alterum in colle Quirinali. A. C. 757. Paulus I. PP. creatur. 1582. Mahometes Turcarum Imperatoris filius inauditâ pompâ circumciditur præsentibus Christianorum Regum Legatis. Ambsberga Urbs Westphaliæ tota exuritur solâ superstite B. M. V. imagine.

B. XXIX. Prussia donatur Teutonico Ordini, hac die à Conrado Massoviæ Principe. 1453. Constantinopolis à Mahomete II. Turcarum Rege expugnatur, & Constantinus Imper. in fuga oppressus perit. 1591. Mauritius Nassovius Zutphaniam occupat. 1635. Pax Pragensis Cæsarem inter & Saxonem.

C. XXX. Ludi Nuptiales & Fabarici. A. C. 1036. Balduinus Pulchrobarbus, Comes Flandriæ moritur. item 1252. Ferdinandus III. Rex Castellæ Maurorum domitor. 1430. Exuritur Joanna puella Aurelianensis, Anglorum triumphatrix. 1547. Cardinalis Betovius à Scotis occiditur. 1574. Carol IX. Rex Gall. moritur.

D. XXXI.

D. XXX. M. Marcellus vir Consularis, datâ veniâ à Julio Cæs. quod Pompeio favisset, in reditu demum à cliente occiditur. A. C. 194. S. Victor I. PP. creatur. 800. Rolandus ille magnus, Pipini Regis nepos, post acrem conflictum, siti moritur. Moriuntur item 1417. Guilelm. Bojus, Comes Hollandiæ, Alberti Ducis filius, & Jagello Magnus Rex Poloniæ 1434.

IVNIVS.

DIctus à Junioribus, sicut Majus à Majoribus, teste Ovidio:

Junius à Juvenum nomine dictus adest.

Alii à Junone, ut & Junonialem & Junonium. Alii à Junio Bruto cognominatum volunt. Eius Præses Mercurius à priscis divinis honoribus colebatur.

Cal. Iunii.

B. I. Calendæ Fabariæ dictæ, quo die Carnæ Deæ sacra faciebant Romani, & recentes fabas cum farre comedebant, ne viscera illo anno læderentur. Junonis monetæ festum. Festum Martis. Festum Tempestatis. Senatus Legitimus. C. Martius Rutilius de Privernatibus triumphat V. C. 396. Benedict. VII. Pont. creatur. A. C. 975. Rupertus Plat. Imp. obiit 1410.

F. II. Martis festum secundùm. Junonis Monetæ secundùm. A. C. 194. Didius Julianus occiditur. 975. Coronatur Benedict. VII. 1083. Heinric. IV. Imp. Romam capit. Nonnulli hodie Rupertum Imp. obiisse volunt. 1484 Matthias Rex Ungar. Viennam expugnat. 1611. Smolenscum Urbs munitissima à Polonis capitur.

G. III.

G. III. Martis festum tertium. M. Fab. Ambustus de Tiburtibus triumphat V. C. 399. A. C. 655. Eugenius I. PP. moritur. 1099. Antiochia à nostris expugnatur, cæsis hostium 100. millibus. 1540. Carol. Archidux Ferdinandi Imp. filius nascitur.

A. IV. Bellonæ festum in circo maximo. Templum Herculis frequentatum. Ludi in Numicia. A. C. 275. S. Eutychianus PP. creatur. 1094. Sancius IV. Rex Aragon. contra Mauros, telo ictus, gloriosè occumbit. 1194. Casimir. Polon. R. moritur item Blondus Flavius Script. Pont. 1463. A.C. 1634. Ferdinand. III. obsidere cœpit Ratisbonam.

B. V. Fidii Festum. Senat. Legitim. Pugna Leuctrica victis Lacedæmoniis Ducibus Pelopida & Epaminonda. Nubere infaustum Romanis. A.C. 1039. Conrad. Salicus Imp. moritur, alii al. 1288. Joan. Brabantiæ Dux Coloniensem & auxiliares gravi clade profligat. 1316. Ludovic. Hutinus Rex Gall. obiit. 1386. Carol. III. Siciliæ Rex & Ung. inter epulas obtruncantur. alii al. 1400. Frideric. Brunsvicens. elect. Imp. in reditu à Comitiis perfidè occiditur. 1561. Egmundæ & Hornanus CC. decollantur.

C. VI. Natalis Alexandri Magni, quo ipso die & anno templum Ephesinæ Dianæ exustum est, & Philipp. eius pater vicit in Olympicis, sed & Parmenionem Ducem eius Dardanos vicisse nunciatum est anno ante Christum 354. alii aliter. Colossus coronatur. A.C. 220. Macrin. Imp. extinguitur, alii 26. Junii. 366. Julian. Apostata percussus à S. Mercurio inter blasphemas voces moritur. 912. Moritur Alexander III. Imp. Orient. 1217. Henric. puer Castellæ Rex in ludicro certamine tegulæ ictu perit. 1442. Neapolis ab Alphonso

Alphonso Arag. R. capitur. 1513. Helvetii prope Novariam, ad 10. millia cæduntur.

D. VII. Mentis festum in Capitolio primùm. Ludi Piscatorii, in Tiberi prope campum Martium. A. C. 1066. Godescalcus Princeps Wandalorum, ad Christum conversus à propriis subditis mactatur. 1337 Moritur Guilelmus Bonus Comes Hollandiæ. item Casimir. Rex Poloniæ 1492.

E. VIII. THESEIA Athenis celebrata. Ara Jovis Pistoris, & festum eiusdem. Martis festum secundò. Aselli coronabantur Circa hunc diem volunt nonnulli mortuum Mahometem Pseudoprophetam. 1572. moritur Joanna Albretana Navarræ hæres, mater Henrici IV. per chyrothecas venenatas.

F. IX. Vestalia Romæ celebrata, & asini coronati per urbem ducti. Accidit eodem die clades Parthica, de qua Naso in trist. 1067. Henric. IV. Imp. primo prælio cum Saxonibus congreditur ad fluvium Unstrut.

G. X. Concordiæ festum tertiò. Fortunæ in foro Boario festum. Matralia Matris Matutæ primùm. Festalia secundùm. Servius Tullius R. Rom. à L. Tarquinio Superbo genero interimitur, supra cuius cadaver filia carpentum agit. V. C. 220. P. Rutilius Cos. C. Jul. Cæs. Collega à Marsis interimitur. V. C. 664. Nero ad mortem quæsitus se conficit A. C. 69. succedit ipsa die Galba. Frideric. I. Imp. lavans in flumine miserè mergitur 1190. 1382. Joanna Neapolis Regina eodem loco quo Andream maritum strangulaverat, strangulatur. 1584. Franciscus Dux Alenconius moritur.

A XI. Ma-

A. XI. Matralia Romæ solemnius celebrata. A. C. 535. Agapetus Papa creatur. 1410. Rudolphus III. Saxoniæ Elector moritur. 1488. Jacob. III. Scotiæ Rex suorum conjuratione perimitur.

B. XII. ΚΡΟΝΙΑ, Saturnalia Atheniensium. P. Licinius Crassus de Lusitanis triumphat V. C. 660. A. C. 455. Gensericus Romam ingressus, nullo resistente eam spoliat. aliis 12. Julii 816. S. Leo III. PP. obiit 996. Gregorius V. creatur. 1399. Moritur Hedvvigis R. Poloniæ, quæ Jagellonem converterat.

C. XIII. Quinquatria minora. Festum Tibicinum & Poetarum Romæ. Musarum Festum, ut & 30. Junii. Festum Jovis Invicti. Senatus Legitimus. A. C. 1456. Belgradum obsidens Mahometes Imp. ab Huniade pellitur, cæsis Turcarum 40000. 1470. Mahometes II. Imp. Eubœa occupata Chalcydem solo æquat.

D. XIV. Quinquatriorum minorum dies 2. 1529. Ferdinand. Archidux, Ferdinandi I. Imp. filius nascitur. 1554. Alberti Brandeburgii exercitus, à fœderatis profligatur.

E. XV. Vestæ templum purgatur. Vesta cluditur, Stercus delatum. A. C. 328. Concilium Nicænum 318. Episcoporum inchoatur, alii al. 1241. Ungari ad Leitam fl. à Friderico Austrio cæsi sunt. 1381. Andronicus Junior Imp. obiit 1391. Misnenses à Bohemis Hussitis ad oppidum Aussig cæduntur. 1545. Elisabetha, Regina Polon. Ferdinandi I. Imp. filia moritur. Ferdinand. Comes Hardeccius Viennæ decollatur. 1595.

F. XVI. ΜΕΤΟΙΚΙΑ, Athenis in honorem Thesei celebrata. Auspicatissimum navigare & nubere Romanis

Romanis creditum. A. C. 945. Hugo Magnus Comes Andium Rex Arelat. moritur. 1626. Christian. Dux Brunsvic. dictus Halberstatt, bello Germanico notissimus moritur, è cuius ore paulò ante mortem vermis prodiit 4. ulnas longus, duosque crassus digitos.

G. XVII. Æstatis medium apud Veteres. Æqui & Volsci per Posthumium fugati. A. C. 1237. Gibertus IV. Corregius Gibellinos gravi clade triumphat, & Parma potitur. 1501. Joan. Albert. Poloniæ Rex apoplexia moritur.

A. XVIII. Annæ Perennæ, quæ soror Didonis fuit, festum alterum. Festum Palladis in monte Aventino. A. C. 146. L. Sept. Severus nascitur. 741. Leo Isauric. moritur. 1053. Capitur à Normannis S. Leo IX. PP. victo eius exercitu. 1155. Frideric. I. Imp. coronatur. 1637. Com. Panerius ab Hazfeldio grandi clade profligatur, ita ut fugientium iter per 20. milliaria cadavera ostenderent.

B. XIX. Minervæ festum in monte Aventino, Sumani festum hâc & sequenti die. A. C. 1547. Philipp. Hassiæ Landgrav. desperatis rebus Cæsari supplex, capitur 1565. Jacob. VI. Rex Scotiæ, ac dein etiam Angliæ nascitur.

C. XX. Sumani festum secundò. A. C. 536. S. Silferius PP. eligitur, & hâc ipsa die 540. moritur, durante Ecclipsi tantâ, ut horâ diei tertiâ stellæ apparerent. 840. Moritur Ludovic. Pius Imp. Godefrid. & Barduinus Duces Persas prope Antiochiam superant cæsis 50000. 1566. Nascitur Sigismund. Rex Poloniæ.

D. XXI. Neptunales ludi primùm. A. C. 71. Destructo templo Hierosolymitano, surgit Capitolium Rom.

Roman. hâc die ædificari cæptum. 1245. Frideric. II. Imp. excommunicatur & exauctoratur. 1495. Eberhard. Com. Wirtenberg. primus Dux creatur Wormaciæ. 1497. Nicol. Dux Opoliens. ultimus decollatur. 1529. Pax inter Imp. & Pont. Barcinone conficitur. 1586. Martinus Navarrus moritur.

F. XXII. Cn. Fulvius Centumalus ex Illiriis navalem triumphum agit V. C. 525. A. C. 431. Inchoatum Concilium Ephesinum: quo salutationi Angelicæ additum Sancta Maria &c. 816. Stephan. V. PP. creatur. 1276. Innocenti. V. moritur. 1208. Philipp. Imp. à Wittelspachio Comite occiditur. 1284. Galli ab Aragonib. victi, captis 42. navibus & Carolo Salernitano Caroli R. filio 1593. Turcæ ad Siseck à nostris profligantur.

F. XXIII. Moritur hâc die magnus ille Evangelista Joannes, licet Durandus ad sequentem referat. Romani ab Hannibale ad Thrasimenum lacum magnâ clade profligati. V. C. 537. A. C. 112. fit summus Pont. S. Euaristus 964. Ottho Magnus Romam capit & Leonem VII. restituit. 1115. Mathildis Ducissa Guelphonis cognom. Pinguis Conjux, Dotatrix Rom. Eccl. moritur. 1340. Navali victoria triumphat de Gallis Eduardus Rex Angliæ.

G. XXIV. Fortis Fortunæ festum. Naves coronatæ, in quibus per Tiberim convivia celebrata. A. C. 81. Vespasian. Imp. obiit. 474. Glycerius Imperio se abdicare cogitur, & Julius Nepos creatur. 1243. Innocent. IV. fit PP. 1431. Ingens contra Hussitas conscriptus exercitus, mirè fascinatus fugatur. 1521. Belgradum à Turcis expugnatur 1534. Joan. a Leiden sartor fit Rex Anabaptistarum, ipsa die 1535. idem cum

suis

ſuis victus capitur. 1637. Lotharingus à Weinmario cæditur, & via Gallis in Imperium aperitur.

A. XXV. Solſtitium æſtivum vetus. A. C. 841. Lotharius Imp. à fratribus caſtris exuitur, grandi prælio ſuperatus 1080. Henric. IV. Imp. Rudolphum Rhinfeld. profligat & occidit. 1218. Simon Montfortius Albigenſium domitor glorioſè occumbit. 1439. Eugenius IV. peſſimo exemplo à Patribus Baſileæ exauctoratur. 1530. Confeſſio Auguſtana primùm Cæſari exhibetur. 1550. In Thuringia triticum pluit, alicubi ad duorum digitorum altitudinem.

B. XXVI. Julius Apoſtata nunc primùm ſepultus apud Tharſum Ciliciæ A.C. 363. 676. Adeodatus Papa moritur. 840. Carol. Calvus creatur Imp. 1234. Stadingi Hæretici ad 8000. cæſi à Brabantinis cruce ſignatis, Duce Henrico Brabantiæ Principe, & Florentio Comite Hollandiæ.

C. XXVII. Jovis Cultoris feſtum. Larium feſtum ſecundum. Jovianus Imp. creatur A. C. 363. 1284. Alphonſ. X. Caſtellæ Rex moritur. 1409. Alexander V. creatur. 1608. Matthias Archidux Pragam invadit, cui Cæſar frater Ungariam cedit.

D. XXVIII. Alexander Magnus, in cuius conſpectu ſiluit orbis terrarum, moritur ante N. C. 323. æt. 32. Regni 12. Eodem die moritur Diogenes Cynicus. A. C. 207. Alex. Severus naſcitur. 540. Vigilius PP. creatur. 684. S. Leo II. moritur. 1098. Antiochia Syriæ à noſtris capitur. 1458. Alphonſ. Magnanimus Rex Arag. moritur. 1519. Carol. V. abſens eligitur Imp. 1581. Breda à Parmenſi occupatur.

E. XXIX. S. Petrus primus Rom. Pont. Martyrio coronatur anno Chriſti 69. Paulus I. Papa moritur 767.

1575. Mahometes Fessæ Rex grandi prælio ab Abdemeleco profligatur 1579. Trajectum post insignem victoriam à Farnesio occupatur.

F. XXX. Musarum festum solemne alterum. Herculis festum. Populifugium, dies populo festa. Dithmarsi victi dant manus Regi Daniæ 1559.

IVLIVS.

A Julio Dictatore, Cæsare Cæsarum Impp. primo, nomine familiæ ad summi Principatus honorem translato cognominatus (antea Quintilis dictus) quod ad 4. Id. eiusdem natus esset Julius, tanquam à potiore nomen meruit. Fuit autem mensis Jovi Deorum inanium Principi sacer, & multis titulis atque encomiis à Veteribus celebratus.

Cal. Iulii.

G. I. Sacra Jovi atque Junoni dies. Romæ annuæ locationes domorum fiebant Senatus Legitimus. A. C. 72. Duo Vespasiani pater & filius captis Hierosolymis triumphant, & pace terrâ marique partâ Janus sextùm clauditur. 580. Mauritius à socero Tiberio Augustus creatur. 649. Martinus II. PP. creatur. 1109. Alphonsus VI. Castellæ Rex moritur. 1462. Frideric. Palatinus Carolum Badensem & Ulricum Wirtenbergensem victos capit. 1534. Frideric. II. Rex Daniæ nascitur. 1560. Rex Fessæ baptizatur. 1590. Carolus pater Ferdinandi II. Imp. moritur.

A. II. A. C. 939. Moritur Henric. I. cognom. Auceps fortissimus Imper. qua ipsa die olim Avitus creatus est 455. 1298. Adolphus Nassovius Imp. in prælio

prælio occumbit, victus & occisus ab Alberto Austrio. 1346. Carol. IV. Imp. eligitur. 1600. Mauritius Nassov. prope Neoportum vincit Hispanos. 1622. Christianus Halberstattens. à Tillio cæditur, occisis 4000. pluribus insuper Mœno fl. mersis.

B. III. A. C. 279. Florianus Imp. moritur, succedit ipsa die Probus. 1487. Sigismund. Archidux memorabili prælio Venetos ad Rogoredum profligat. Guilelm. Medius Hassiæ Landgrav. moritur.

C. IV. Ludorum Apollinarium initium, qui per continuos 8. dies celebrati sunt. M. Licinius Crassus de Thracibus & Getis triumphat. V. C. 725. A. C. 965. Benedict. V. obiit. 1630. Gustavus Adolph. Rex Stralesondam obsidione liberat, & in Imperium movet.

D. V. Apollinarium dies 2. Populifugium secundò celebratum. A. C. 572. Joan. III. PP. creatur. 1044. Henric. III. Imp. Ungaros vincit. 1067. Constantin. Ducas Imp. Orient. moritur.

E. VI. Apollinarium dies 3. Capitolium Romæ conflagravit anno V. C. 671. Antoniam munitissimam Solymorum arcem expugnat Titus. A. C. 989. Mauri Barcinonem expugnant, & Christianos omnes contrucidant. 1102. Vladisl. Rex Poloniæ nascitur. 1139. Conradus II. Imp. decedit. aliis al. 1189. Moritur item Henric. Andegav. Rex Angl.

F. VII. Nonæ hæ dictæ Caprotinæ. Festum Ancillarum, quo mulieres Junoni sacrificabant, ob merita Ancillarum in Remp. Inde Juno Caprotina Ancillarum dicta. Morte Romuli insignis dies. Athenienses ad Cheronæam à Philippo Rege victi. Idem non multò post hâc ipsa die victi ab Antipatre. Tutula sive

Tutulina

Tutulina Romanos liberat. Senatus Legitimus. A. C. 1061. Nicolaus II. & 1304. Benedictus XI. moriuntur. 1253. Theobaldus Navarræ Rex decedit. Cælestinus V. creatur 1294. 1565. Fridericus Daniæ & Ericus Sueciæ Reges acriter confligunt. 1571. Sigismund. Poloniæ Rex moritur. 1633. Nostrorum 7000. ferè cæduntur ad Hameliam, inter quos Merodius & Quadius fortiter occumbunt.

G. VIII. Neptuno sacer dies Vitulæ Deæ festum. A. C. 810. Pipinus Caroli M. filius Rex Italiæ moritur. 813. Michael Curopalates victus à Bulgaris Imperio se abdicat, & cucullum amplectitur. 1153. Eugenius III moritur. 1415. Joan Hus Constantiæ exuritur. 1636. Hazfeldius Suecos ad Tangermundam cædit, ut è tribus Livonicis legionibus nec vir superesset.

A. IX. Apollinarium dies 6. A. C. 1153. Anastasius IV. PP. creatur. 1386. Memorabili prælio Leopoldus Archidux cum flore Nobilitatis Suevicæ prope Sempacum occumbit. 1553. Mauritius Saxo & Albertus Brandeb. acriter confligunt, & victor ille post triduum ex vulnere moritur. 1595. Ladislaus Rex Polon. nascitur.

B. X. Apollinarium dies 7. L. Æmilius Barbula de Tarentinis triumphat V. C. 473. A. C. 140. Hadrianus Imp. moritur, succedit ipsâ die Antoninus Pius. 518. Anastasius impius Imp. fulmine perit, succedit Justinus I. 984. Obiit Benedictus VIII. 1509. Calvinus nascitur. 1559. Henricus II. Rex Gall. ex vulnere in certamine equestri accepto moritur. 1580. 1580. Halla Hannoviæ prodigiosè à DEIpara propugnatur. 1624. Belli Danici contra Cæsarem initium.

F C. XI.

C. XI. Apollinarium dies 8. Isocrates Orator auditâ clade Cheronensi inedia moritur. ætat. 99. A. C. 167. S, Pius PP. moritur. 472. Anthemius Imp. à Ricimere perfidè occiditur, & Roma diripitur. 472. creatur Olybrius. item 813. Leo Armenus Imp. 1173. Moritur Almericus R. Ierosolymorum & 1183. Ottho de Wittelspach, Bavariæ Ducum, qui hodie præsunt, auctor. 1346. Coronatur Carolus IV.

D. XII. Natalis Julii Cæsaris, à quo mensi nomen. Ludi Natalitii in honorem eiusdem anniversarii solemnissimi. A. C. 253. Cornelius Papa creatur. 457. Gensericus Romam invadit, & Maximum Tyrannum in frusta concisum abjici in Tiberim mandat. 1429. Joan. Gerson Cancellarius Paris. moritur.

E. XIII. Jovis Invicti festum 2. A.C. 112. Anacletus PP. moritur. 1353. Bartolus de Saxo-ferrato defungitur. 1553. Henric. III. Rex Galliæ nascitur. 1573. Harlemum à nostris capitur. 1636. Hazfeldius Magdeburgum ad deditionem cogit.

F. XIV. Fortunæ muliebris festum, cui hâc die templum dicatum. Mercatus I. A. C. 937. Arnulphus Malus Bojorum Dux Ungarorum domitor moritur. 982. Ottho II. Imp. ab Italis desertus, victus à Saracenis, nando ægrè evadit. 1024. Heinricus II. Sanctus Imp. moritur. 1133. Lotharius II. fit Imp. 1223. Philipp. II. R. Gall. obiit.

G. XV. Castoris & Pollucis festum tertium Ludi Francici per quatriduum, Senatus Legitimus. Tarquinius ad lacum Regillum supremò à Rom. vincitur. Solemne Equestri Ordini, ab æde honoris ad Capitolium equitare. A. C. 669. Constans Imp. in balneis Syracusanis occiditur, succedit Constantinus Pogo-

natus.

natus. 1099. Godofrid. Bullonius Hierosolymas expugnat. 1410. Crucigeri à Polonis gravi clade profligantur.

A. XVI. Dies Alliensis dictus à clade Romanorum maxima, cum à Gallis ad Alliam fl. profligarentur ante Christum 376 Dies Ater. Ludorum Francicorum dies 2. A. C. 984. Joann. XIV. & 1048. Damasus II. PP. creantur. 1212. Prælio Ubedensi ad centum millia Maurorum ab Hisp. cæsa. Iterum Victor paulò post Alphonsus VIII. Rex ad 200. millia profligat ope DEIparæ. 1583. Duinkerkam occupat Parmensis.

B. XVII. Ludorum Francicorum dies 3. Cn. Domitius Calvinus ex Hispanis triumphat. V.C. 717. A. C. 855. S. Leo IV. & 1216. Innocentius III. moriuntur.

C. XVIII. Magnum annum inchoant hâc die Ægyptii, quem & Cynicum dicunt ob exortum Caniculæ in Ægypto. Alliensem & Fabiorum cladem huc referunt nonnulli. Ludorum Francicorum dies quartus Neptunales Ludi, qui & 11. Cal. Julii A. C. 1100. Godefridus I. Rex Solymorum moritur. 1552. Rudolph. II. Imp. natus est. 1630. Mantua ab Altringero stratagemate occupatur.

D. XIX. Lucaria ab Asyli luco, primùm. Ingens Romæ incendium Nerone procurante. A. C. 1374. Franciscus Petrarcha vitâ excedit. 1585. Mechlinia fame domita Parmensi se dedit.

E. XX. Ludi triumphales anniversarii ob victoriam Cæsaris, uti 8. Apr. Roma à Gallis Senon. capta ante Chr. 386. Pugna Cæsaris Pharsalica Pompejo victo. 1032. Robertus Pius Gall. Rex moritur, suc-

cedit ipsa die Henricus I. 1203. Alexius IV. Angelus fit Imp. 1304. Franciscus Petrarcha nascitur. 1453. Joan. II Rex Cast. obiit.

F. XXI. Lucaria secundùm. Mundi Natalis ex opinione Solini & Ægypti Sacerdotum. A. C. 365. Insolentissimo terræ motu orbis tremit. 1212. Alphonsus IX. Hisp. Rex Mauros memorabili prælio profligat. 1651. Decessit Romæ Ferdinandus Comes Trauthsonius ætatis 20. planctu Regio dignus juvenis, quem ob mirifica prorsus talenta, meritò Roma Viennæ, cœlum Romæ invidit, utrique abstulit.

G. XXII A. C. 685. Joan. V. PP. creatur. 1461. Carolus VII. Galliarum Rex moritur; cui ipsa die succedit Ludovicus XI. 1535. Joannes Fischerus S.R.E. Cardin. Roffensis Episc. in Anglia decollatur. 1556. Nostri Turcas profligant prope Segedinum. 1634. Altringerus Com. & Generalis prope Landshutum occumbit.

A. XXIII. Neptunalia ut & 27. hujus. 1178. Frideric. I. Imp. Alexandro PP. reconciliatur, ubi illud Papæ affingitur: Super Aspidem &c. & Friderico: Non tibi sed Petro. 1522. Pax calamitosa Cæs. inter & Protestantes usque ad Concilium proximum.

B. XXIV. A. C. 526. S. Felix IV. PP. creatur, & Benedict. III. 855. 1240. Hermannus de Salza primus Ord. Teuton. Magister belli fulmen extinguitur. 1568. Carolus Philippi II. Hisp. Reg. filius primogenitus, jussu Patris necatur. Petrus Com. de Fuentas Gallos prope Dorlentium profligat.

C. XXV. Caniculæ sacra Furrinalia sive Furinalia, ludi solemnes. A. C. 137. S. Anicetus PP. creatur. 306. Constantius Chlorus Imp. moritur, succedit

dit ipsa die Constantin. Magnus filius. 1158. Frideric. I. Mediolanum obsidet. Moriuntur 1471. Thomas à Kempis. 1471. Paulus II. & 1492. Innocentius VIII. 1536. Carol. V. Imp. Tunetum expugnat. alii aliter. 1564. Moritur Ferdinand I. Imp. 1593. Henric. IV. Gall. Rex Hæresim ejurat. 1603. Jacob. VI. Rex Scotiæ, coronatur corona Angliæ.

D. XXVI. A. C. 514. Hormisda creatur PP. 1108. Moritur Philipp. I. Rex Galliæ, 1214. Prælium cruentissimum Bouiniense, quo Ottho IV. Imp victus est. 1582. Pugna navalis acerrima, qua Philipp. II. Antonium Lusitaniæ Principem profligavit.

E. XXVII. Neptunalia iterum. Victo Nicia à Syracusanis in Sicilia ingentem cladem accipiunt Athenienses. A. C. 363. Jovianus fit Imp. promulgans se nolle imperare, nisi Christianis. 559. Joan. III. Papa creatur. 1276. Jacob. Cognom. Victor Rex Aragon. obiit. 1480. Spe præsenti B. M. V. Turca à Rhodiis profligatur.

F. XXVIII. A. C. 450. Theodosius Junior ex equi casu moritur, succedit ipsa die Martianus. 203. S. Victor I. & 417. Innocentius I. & 1057. Victor II. moriuntur. 1634. Ferdinand III. Ratisbonam deditione occupat.

G. XXIX. Clementiæ festum. Bellum Cimbricum, quo hac die C. Marius ad 120000. interfecit, & 60000. cepit, mulieribus, parvulos, & seipsas necantibus. M. T. Cicero Imp. ex Cilicia provincia decessit. V. C. 704. A. C. 858. S. Felix II. & 1099. Urban. II. moriuntur.

A. XXX. C. Junius Bubulcus Brutus de Æquis triumphat. V. C. 451. Cimbri à C. Mario & Q. Catulo

ad Vercellas tertium grandi strage profligantur. V. C. 653. A. C. 1094. Ladislaus Ungariæ Rex moritur.

B. XXXI. A. C. 875. Ludovic. II. Lotharii Imp. filius Augustus Mediolani moritur. 1393. Albert. V. Atestinus Academiæ Ferrariensis conditor moritur. 1605. Demetrius Moscorum Imp. coronatur. 1600. Adolphus Baro Schvvarzeburgius Jaurini recuperator, in tumultu militari ad Pappam glande ictus moritur.

AVGVSTVS.

AB Augusto Julii successore dictus, quod eo mense Consulatum iniisset, triumphasset, & bellis civilibus finem imposuisset; antea Sextilis appellatus, Cereri olim sacer habebatur.

Cal. Augusti.

C. I. Spei festum in foro Olitorio, quod & quinta repetitum est. Quirini templi dedicatio in colle Quirinali. Tiberii Claudii Imp. Natalis. item Helvii Pertinacis Imp. A. C. 449. Ephesina latrocinantium dicta Synodus celebratur, & hâc die inchoatur. 527. Justinus Senior Imp. moritur. 985. Joann. XV. PP. creatur. 1100. Guilelmus Rufus Angl. R. in venatione telo transfigitur. 1137. Ludovicus IV. Rex Gall. moritur. 1420. Fridericus Misnensis fit primus suæ familiæ Elector. 1520. Sigismundus Augustus Rex Polon. & 1527. Maximilian. II. Imp. nascuntur. 1589. Henric. III. Gall. Rex à Monacho quodam cultello confoditur, & sequenti die moritur.

D. II. Feroniæ festum quæ Dea nemorum fuit, Cæsar Hispaniam citeriorem subigit. Clades Varnensis &

ſis & Variana; quarum altera Hannibal, altera Arminius Rex German. Romanos protrivit, qua eadem die A. C. 1552. Clades Catholicorum non minor, transactio Paſſavienſis fuit. A. C. 476. Momillus Augustulus ultimus Imp. Occid. coactus abdicat. 1057. Stephan. X. PP. moritur. 1580. Emmanuel Philibertus Dux Sabaudiæ moritur.

E. III. Autumni initium Romæ. Ingens Perſarum exercitus ad Platæas à Pauſania cæſus, Eadem die claſſis Perſica victa ad Mycalem à Xantippo Periclis patre. A. C. 119. Trajanus Imp. moritur. 1109. Ludovicus Craſſus Rex Gall. coronatur. 1460 Jacob. Rex Scotiæ ferreæ bombardæ ruptura ictus interit. 1637. Joan. de Werde cum 5. legionibus, univerſum Weinmarii exercitum in fugam agit.

F. IV. Cicero ab exilio Brunduſium venit. 1060. Henric. I. Rex Gall. moritur. 1378. Moritur Galeatius II. Vicecomes. 1578. Sebaſtianus Rex Portugall. cum 15000. in Africa occumbit. 1620. Dux Bavarus Auſtriam ſuperiorem ſubigit. 1635. Joan. de Werde cum equitibus 4000. Pariſios uſque excurrit.

G. V. Spei feſtum 2. A. C. 643. S. Oſvvaldus Angliæ Rex, à Penda Merciorum Reg. victus glorioſè occumbit. æt. 28. 1243. Henricus & Conradus Reges Germ. bello congreſſi, iſte ſuperatur. 1572. Famauguſta à Turcis poſt anni obſidionem deditione occupatur, Urbis præfecto contra datam fidem occiſo. 1592. Pax inter Cæſ. & Gallum Cameraci facta.

A. VI. Victoria Marothonia Athenienſium, duce Miltiade, Ludi ſolemnes Natalitii Conſtantini Magni, & filii Conſt. Junioris. A. C. 1162. Raimundus Princeps Arag. Maurorum terror, qui ſupra 300. condidit

didit Ecclesias, moritur. 1195. Henricus Leo, Guelpho, Princeps Principum terræ dictus, vitâ excedit. 1267. Moritur item Jacobus I. Rex Valentiæ Maurorum domitor. 1456. Mahometes Imp. captâ Constantinopoli, cum 200000. Ungariam invadit, fortissimè repulsus ab Huniade, ob quam victoriam festum Transfigurationis institutum est. 1527. Trajectum ab Hispanis expugnatum. 1548. Constantiam Acronii obsident Hispani, & repelluntur, urbe dein sponte Cæsarem reverente. 1623. Christianus Halberstatensis profligatur à Tillio ad Stadloam, cæsis 5000. captis 6000.

B. VII. A. C. 461. Majoranus Imp. nil mali suspicans dolo Ricimeris extinguitur. 869. Lotharius Lotharingiæ Rex Loth. Imp. filius victis Saracenis in reditu Placentiæ peste extinguitur. 1078. Secundum prælium Henrici IV. Imp. contra Rudolphum, quo hic in fugam actus est. 1546. Mechlinia incendio conflagrat.

C. VIII. Solis Indigetis festum in colle Quirino. Q. Fab. Maximus Aruernorum Regem debellat, cæsis 130000. V. C. 644. eo fervore pugnæ quartanâ liberatus. A. C. 203. S. Zepherinus PP. creatur. 1343. Petr. Siciliæ Rex moritur. 1383. Iprensis urbs ab Anglis 200. millibus obsessa ope DEIparæ liberatur. 1481. Alphons. V. Rex Lusitaniæ moritur. 1588. Hispana classis ab Anglis profligatur. Neptuno sacer dies.

D. IX. A. C. 375. Valens Imp. Hæreticus à Gothis victus, fugiens in casa rustica crematur. Irenes Imp. in exilio moritur. 1471. Sixtus IV. creatur. 1509. Joann. Rex Daniæ cum 50000. contra Suecos movens, navali prælio à Lubecensibus vincitur. 1557. Galli

Galli ad Fanum Quintini ab Hisp. profligantur. 1638. Pugna ad Wittenvveier Alsatiæ, desideratis utrinque 6000. Gözio demum se recipiente.

E. X. Opis & Cereris festum. Ludi Circenses in hon. Veneris A. C. 583. Tiberius Imp. moritur, succedit ipsa die Mauritius. Ungari memorabili prælio deleti in campis Lyci ab Otthone I. Imp. A. C. 955. Turca Methonem Peloponesi expugnat 1499.

F. XI. L. Tarq. Rom. Rex de Sabinis triumphat. A. C. 118. Trajanum alii nunc mortuum volunt, & Hadrianum creatum. 1086. Henric. IV. Imp. Rudolphi Rheinfeld. mortui copias profligat. 1492. Alexander IV. PP. creatur. 1543. Turci Strigonio potiuntur.

G. XII. Herculis Magni Custodis festum in Circo Flamminio. Lignapsia. A C 460. Anthemius Marciani gener appellatur Augustus. 827. Valentin. PP. & 1099. Paschalis II. ut 1534. Paulus III. PP. creantur.

A. XIII. Servorum festum: quod eo die Servius Tullus natus crederetur. Dianæ festum. Jovis Invicti festum. 3. Ludi Circenses. Natalis Augusti L. Valerius Publicola debellatis Æquis triumphat V.C 306 & M. Val. Max. de Samnitibus. V.C. 441. & Q. Æmilius Barbula de Hetruscis. V.C. 442. A. C. 523 Joan. I. PP. creatur. 1516. Ferdinand. Rex Hisp. nascitur.

B. XIV. A. C. 472 Ricimer trium Impp. parricida, sævissimo morbo exhaustus moritur. 683. Leo II. PP. creatur. 1120 Balduin. Rex Solymorum, ope S. ✝. Turcos mirè vincit. 1206. Henric. Flander creatur Imp. Orient. 1441 Joan. I, Rex Lusit. obiit. Ipsa die, incertum quo anno Petrus Aragon. Rex Mauros profligat ad Morelium. 1595. Carol. Com. Mansfeld. celeberrimus obiit.

C. XV. Admirabilis Matris Virg. Assumptæ Triumphus. A. C. 356. Maxentius Tyrannus à Constantino victus seipsum perimit. A. C. 423. Honorius Imp. moritur. 465. Severus Imp. dolo ut volunt, Ricimeris perit. 530. Bonifacius II. Papa creatur. 717. DEIpara mirè Constantinopolim obsidione liberat, & classem hostis demergit. 775. Constantinus Copronymus Imp hostis DEIparæ miserè moritur, succedit ipsâ die Leo filius. 1118. Alexius Comnenus defungitur. 1147. Ramirus Aragon. Rex, ex Rege Monachus, è monacho Rex iterumque Monachus, moritur. 1588. Lusitani 420. ope DEIparæ hostium decem millia mirè triumphant. 1635. Obiit Mariangelus à Fano Benedicti Nobilis Mediolanensis ætat. 23. miraculum hominis eruditi, Picus Mirandulan. redivivus.

D. XVI. Portunalia ad pontem Æmilium in Loreto. A. C. 797. Irenes Imperatrix Constantinum filium proterviorem exoculari jubet. 963. Nicephorus Phocas creatur Imp. 1419. Wenceslaus Ignavus olim Imp. moritur. 1476. Matthias Huniades Rex Ungariæ Viennam obsidet.

E. XVII. Portunalia secundùm & Tiberinalia, A. C. 1304. Philipp. pulcher Gall. R. voto DEIparæ facto mirè liberatur, & 36000 hostium internecione delet. 1544. Regiomontana Academia conditur. 1585. Parmensis Antverpiam expugnat.

F. XVIII. Consualia, cum Romulus prætextu ludorum Consi Sabinas raperet. Mercatus secundum. S. Helena Constantini Imp. mater moritur. A. C. 1195. Alphons. Castellæ Rex à Saracenis ad Larcurim victus ægre effugit, 1395. Albertus cum trica Archidux post

venatio-

venationem nimio æstu ventre soluto moritur. 1458. Pius II. creatur. 1581. Franciſc. Dux Alenſonius Regis Gall. frater Cameracum occupat.

G. XIX. Conſualia ſecundùm. Vinalia prima, quibus primitiæ vini Jovi dabantur. Auguſtus Imp. moritur Nolæ. A. C. 16. eodemque die ſuccedit Tiberius. A. C. 401. Alaricus primùm Italiam invadit. 417. S. Zoſimus PP. creatur. 1498. Frideric. III. Imp. moritur.

A. XX. Myſteria magna Athenis celebrata Thebæ ab Alexandro Magno funditus everſæ. Athenæ ab Antipatre captæ. Vinalia ſecundùm, quibus Flamen Dialis vindemiam auſpicabatur. Vinalia ruſtica primùm. Epinicia & Ludi triumphales Antoniani anniverſarii. A.C. 367. Gratianus fit Imp. 661. proditione amici Oſvvius Rex Deirorum occiditur. 1147. Alphonſus Rex Luſit. Ulißipponem capit. 1164. Petr. Lombardus Magiſter ſententiarum moritur. 1261. Urbanus IV. creatur. Wenceslaus Imp. Imperio dejicitur. 1422. Carol. Beneamatus R. Gall. obiit, ſuccedente Carolo filio. 1528 Moritur Georg. Baro Fronsbergius bello orbi notisſimus.

B. XXI. Feſtus dies Holitorum Romæ. Vinalia ruſtica ſecundùm. Epinicia ſive triumphales Ludi Trajaniani. A. C. 1157. Moritur Alphonſus Juſtus Caſtellæ Rex.

C. XXII. Vulcanalia in Circo Flamminio. Feſtum Venatorum Romæ. A.C. 1131. Balduin. II. Rex Hieroſolim. obiit. 1157. Frideric. I. Imp. in Polonos movet. 1268. Conradinus Conradi IV. Imp. filius victus à Carolo Andegavenſi cum Friderico Auſtrio ex fuga retrahitur. 1350. Philipp. VI. Gall. Rex moritur.

ritur, succedit Joann. 1628. Walstenius Danum fugat deinceps arma ponentem.

D. XXIII. Vulcanalia secundùm. L. Papirius Cursor de Samnitibus triumphat. V.C.434.A.C.408. Stilico Heros fortissimus, Honorii Imp. gener eidem suspectus indignè occiditur. 476. Odoacer primus Italiæ Rex à suis acclamatur. 1328. Philippus Valesius Gall. Rex ab hostibus circumventus, voto ad DEIparam facto 20000. profligat. 1503. Pius III. creatur. 1637. Cardinalis Infans Venloniam capit.

E. XXIV. Opiconsivæ festum in Capitolio. A. C. 410. Roma à Gothis Duce Alarico capitur. alii Cal. Apr. 476. Augustulus abdicare cogitur. alii al. 1313. Henric. VII. opt. Imp. veneno tollitur. 1396. Bartholom. Mezavaca Cardin. opt moritur. 1512. Victi à Selimo Imp. Persæ, rege eorum in acie graviter vulnerato. 1516. Selimus Campsonem Ægyptii Sultanum profligat. 2572. Gaspar Colignius & Confœderati plures, inter nu[illegible]ias Regias trucidantur.

F. XXV. A. C[illegible]3. Gratianus opt. Imp. scelere Maximi tyranni occiditur ætat. 24. Imperii 16. 1125. Lotharius II. fit Imp. S. Ludovic. IX. Gall. Rex moritur, succedit ipsa die Philipp. III. 1620. Gabriel Bethlenus, creatur Rex Ungariæ, Neosolii.

G. XXVI. Alexander Magn. Darii exercitu ad Arbela profligato, Monarchiam Persarum ad Græcos transfert, anno ante Christum 329. M. Horatius Barbatus de Sabinis triumphat. V.C. 306. A.C. 260. Sixtus II. creatur. 1278. Rudolph. I. Imp. victo Otrocaro Austriam recuperat. 1446. Eduard. III. Angl. Rex ingenti clade Gallos afficit, cæsis 30000 alii al. 1514. Ismael Persarum Rex grandem stragem à Seli-

mo Imp. patitur. 1516. Idem Selimus Mammalucos superat.

A. XXVII. Vutturnalia (Volt.) A.C. 391. Theodoſ. Imp. inſigni victoria triumphat, & Maximum tyrannum, ſupremo ſupplicio afficit. 392. Valentinian. II. moritur. 1353. Bernard. Caprera Dux Aragonum 8. millia hoſtium profligat, & Alquerio potitur 1626. prælio ad Loteram Dani à Tillio profligantur, cæſis 8000. captis 3000. inter occiſos Philipp. Haſſ. Landgrav. fuit.

B. XXVIII. Opis & Cereris in vico Jugario feſtum. Solis & Lunæ feſtum. A. C. 475. Julius Nepos ab Oreſte Imperio dejicitur. 998. Hugo Capetus Rex Galliæ, à quo hodierni Reges, moritur. 1619. Ferdinand II. eligitur Imp.

C. XXIX Vulcanalia 3. A. C. 1181. Lucius III. & 1484. Innocent. VIII. PP. creantur. 1423. Henric. V. Rex Angl. non ſine veneni ſuſpicione moritur. 1521. Solimannus Belgradum occupat. 1526. Ludovicus Ungar. Rex ult. victus à Solimanno in fuga occiditur, æt. 20. A. C. 1535. Tunetum à Carolo V. Imp. expugnatur, alii aliàs. 1567. Poloni Moſcos ſuperant, cæſis 10000.

D. XXX. A. C. 1464. Paulus II. PP. creatur. 1483. Ludovic. XI. Rex Gall. moritur 1555. Solimann. Turcarum Imp. Muſtapham filium natu maximum ob affectati regni ſuſpicionem fœdo ſupplicio jubet interimi.

E. XXXI. Natalis Cæſaris Germanici. Item C. Caligulæ, & Commodi Antonini Impp. A. C. 475. Momillus Auguſtulus creatur ultimus Imp. Occidentis. 1009. Sergius IV. Pont. creatur. 1158. Sancius

Caſtellæ

Castellæ Rex moritur. 1291. Rudolph. I. Imp. vitâ excedit. 1480. Mahometes II. Turcarum Imp. Hydruntem Calabriæ occupat, & summa crudelitate diripit.

SEPTEMBER.

SEptimus anni mensis, à quo olim nonnulli annum auspicabantur, cuius Præses Vulcanus colebatur.

Cal. Septembr.

F. I. Sacra Junoni dies. Neptuni feriæ. Senatus Legitimus. A. C. 221. Callistus I. creatur. item 604. Sabinianus, & 1271. Gregorius X. A.C. 1067. Balduinus Lilanus Comes Flandriæ celeberr. moritur. 1426. Lovaniensis Academia instituitur. 1595. Strigonium deditione recipit Matthias Archidux.

G. II. Neptuni festum secundùm. Augustus Cæsar Antonii & Cleopatræ classe ad Actiacum victa civili bello finem imponit anno ante Christ. 28. Theodoricus Italiæ Rex moritur. A. C 526. 1541. Solimannus Imp. Budam dolosè occupat, & viduam Reginam cum filio in exilium ejicit. 1558. Eleonora Francisci I. Gall. Reg. uxor moritur.

A. III. C. Sosius de Judæis triumphat. V.C. 719. A. C. 590. Gregorius Magnus creatur PP. 1367. Prælium Hildesianum Magni Torquati Brunsvicensis contra Episc. quo Waldemarus Princeps Anhaltinus equo suffosso conculcatus periit. 1566. Solimannus Imp. in castris ad Sigethum moritur.

B. IV. Ludi Romani primùm. Q. Fab. Max. de Samnit. & Gallis triumphat. V.C 458. Cicero ab exilio redux miro plausu excipitur. A. C. 867. Miserè moritur

ritur Michael III. Orient. Imp. 1402. Joan. Galeatius Vicecomes defungitur. Plurs opprimitur. 1618.

C. V. Mammes festum. Senatus Legitimus. A. C. 570. Alboinus Rex Mediolanum expugnat. 588. Antharis Rex Longobard. moritur. 1316. Joan. XXI. al. XXII. creatur Pont. 1345. Joanna Neapol. R. Andream maritum strangulari jubet. 1568. Selimus ingenti strage à Tartaris profligatur. 1638. Nascitur Ludovic. XIV. Gall. Rex.

D. VI. Eugenius Tyrannus à Theodosio victus, jussu eius obtruncatur, Arbogastes in fuga se interimit. 972. Joan. XIII. moritur. 1634. Ferdinand. III. R. Ungar. nunc Imperat. triumphat Suecos prope Nordlingam, cæsis 12000. captis 6000.

E. VII. L. Cæcilius Metellus de Pœnis triumphat. V. C. 502. Titus Urbem Solimorum superiorem cum templo expugnat. Leo IV. Imp. Orientis moritur. 776. succ. Constantinus Porphyrogenitus. Alexander III. PP. creatur 1159. 1296. Venetos gravi clade profligat Lampas Auria Genuensis. 1313. Ferdinand. Castellæ R. repentè moritur. 1455. Gibertus IX. Corregius bello clarissimus ex alto cadens perit. 1576. Sigethum mortuo jam Solimanno à Turcis expugnatur, illius morte dissimulatâ. 1631. Tillius à Sueco & Saxone prope Lipsiam victus suorum 8000. amittit. 1632 Bavarus & Fridlandus Suecorum 7000. cædunt ad Altenberg.

F. VIII. Natalis Augustissimæ Cælitum Imperatricis Benedictæ Virginis. A. C. 73. Hierusalem exscinditur & evertitur. 780. Irenes cum filio Imp. salutatur. 1158. Mediolanum Friderico I. Imp deditur. Londinum à Dacis obsessum ope DEIparæ liberatur.

tur. 1514. Moscovitæ ad Boristhenem mem. prælio superantur à Sigismund. Reg. Polon. 1533. Elisabeth. Regina Angl. nascitur, cuius nomen expuncto DEIparæ nomine Calendariis nonnulli inserere ausi sunt. 1541. Pestum à Turcis expugnatur. 1633. Nascitur Ferdinandus IV. Rex Ungariæ atque Bohemiæ, cuius Majorum, per duplicationem, probationem A. C. 1644. Sacræ Cæs. Majest. Viennæ altissime deductam exhibuimus; ex qua facilè appareat, nemini mortalium ab Orbe condito, tantæ Nobilitatis Majores obtigisse, ut plane in uno ipso Augustæ & Regiæ Majestatis nova prisca dignitas simul coisse & coaluisse videatur.

G. IX. A. C. 384. Honorius Imp. nascitur. 701. Sergius I. moritur. 1087. Decedit Guilelmus Rex Angliæ. Item Ottho Dux Bavar. electus Rex Ungar. 1482. Moritur Frideric. Monfeltrius Urbini Dux Mecœnas literarum. 1493. Nostri in Campis Liburnicis à Turca profligantur. 1545. Carolus Francisci I. Gall. Rex filius summæ spei, peste extinguitur.

A. X. A. C. 454. S. Pulcheria Imp. & 467. S. Hilarus PP. & 1087. Guilelmus Nothus Rex Angl. moriuntur. 1400. Rupertus Bavarus fit Imp. 1456. Joan. Huniades Turcarum fulmen, magno orbis Christiani luctu extinguitur. 1547. Scoti ab Anglis gravi prælio profligantur. 1550. Aphrodisium Africæ à Doria expugnatur. 1570. Nicosia à Turcis capitur.

B. XI. Æquinoctium authumnale novum. A. C. 1557. Joann. Dux Brunsvicensis heros fortissimus globo majore secundum genu ad S. Quintini ictus, hac die moritur.

C. XII. Ludi Romani 2. A. C. 1185. Andronic. Imp. exauctoratur & à populo necatur. 1362. Innocentius

centius VI. PP. moritur. 1494. Francisc. I. Valesius Rex Gall. nascitur. 1504. Bohemi à Cæsarianis prope Ratisbonam profligantur.

D. XIII. Capitolium Rom. à Tarquinio Prisco inchoatum, à Superbo exstructum, ab Horatio hâc die dedicatur. L. Quintus Cincinatus de Æquis triumphat. V. C. 295. Senatus Legitimus. Prætor figebat clavum. Julius Cæsar Testamentum condit, quod Vestalibus tradidit. A. C. 83. Titus Imp. obiit, succedit Domitianus. 899. Zenebaldus Arnulphi Imp. filius à subditis rebellibus obtruncatur. 1125. Lotharius II. Imp. coronatur. 1276. Joan. XX. creatur. 1382. Ludovic. Ungar. Rex moritur. 1515. Helvetii à Francisco I. Gall. Rex ad Marignanum profligatur. 1598. Philipp. II. Hispan. R. moritur. 1635. Condæum Dolanum obsidentem fugat Lotharingus, & exercitum dissipat.

E. XIV. Memorabilem è Persis triumphum refert Heraclius Imp. inde institutum festum S. Crucis. Megalesia. Ludi in honorem Matris Deum. Equilustrium Rom. A. C. 458. Antiochia terræ motu ferè universa prosternitur. Sacellum DEIparæ Einsidlense prodigiosè à Servatore ipso dedicatur 509. Constantinopolis terræ motu concutitur 13. millibus hominum oppressis. 1515. Mediolanum recuperat Gallus. 1627. Durlacensis ad Grotenbrodiam à Schlickio profligatur. 1629. Sylva Ducis ab Hollando occupatur.

F. XV. Ludi Romani 3. A. C. 367. Damasus I. creatur Pont. Philipp. Navarræ Rex in obsidione Argesillæ moritur. 1343. 1526. Solimannus Imp. Turcarum Ungariam latè populatur. 1556. Carol. V. Imp. valedicens Germaniæ in Hispaniam abit.

G. XVI.

G. XVI. Justa Funebria Græcis Anniversaria solemnia, quibus parentatum iis, qui ad plateas fortiter Duce Pausania occubuissent. A. C. 1087. Victor III. PP. moritur. 1231. Ludovic. I. Dux Bavariæ à Stichio morione confoditur. 1380. Carolus V. cogn. Sapiens Rex Gall. moritur. 1590. Urban. VII. PP. creatus.

A. XVII. A. C. 36. Agrippina Cæs. Germanici uxor, scelere Sejani relegata fame moritur. A. C. 397. Theodosius Eugenium Tyrannum profligat. alii al. 1156. Henricus Marchio primus Dux Austriæ creatur. 1584. Parmensis Gandavum capit.

B XVIII. Ludi Solares per 4. dies maximi Mysterii celebrati. A. C. 87. T. Aurelius Antoninus Pius Imp. nascitur. 98. Domitianus Imp. miserè trucidatur. 226. Urbanus I. & 607. Bonifacius IV. PP. creantur. 1426. Hubert. van Eyck celeberr. ille pictor moritur. 1454. Germani ad Koivicia Polonos profligant.

C. XIX. Ludorum Solarium dies 2. V. C. 663. L. Licinius Crassus Orator celeberr. moritur. A. C. 202. M. Opelius Diadumenus Imp. nascitur. 1356. Memorabili strage victus ab Anglis Joann. Gall. R. cum Philippo filio captivus ducitur.

D. XX. Natalis Romuli Romæ Conditoris. Ludorum Solarium dies 3. Ludi Triumphales. Mercatus tertium. A. C. 467. S. Simplicius Papa creatur. 1180. Ludovicus VII. R. Galliæ moritur.

E XXI. Circensium Ludorum initium. Solarium dies 4. & ult. A. C. 571. Mahometem Pseudoprophetam nonnulli natum volunt. 1384. Philipp. Valesius Neapol. & Siciliæ R. obiit. 1593. Frideric. III Imp. creatur. 1520. Selimus Turc. Imp. pestilenti carbunculo

culo extinguitur. 1538. Franciſcus Maria Roboreus Urbini Dux bello clariſſimus; & 1581. Joan. Thomas Comes Conſtantius miraculum Heroici animi & miræ conſtantiæ moritur ex vulnere ærat. 27. 1550. Guſtavus R. Sueciæ obiit. 1604. Oſtenda ab Ambroſio Spinola expugnatur.

F. XXII. M. Valerius Corvus de Samnitibus triumphat. V.C. 410. Natalis P. Virgilii Maronis. Ludorum Circenſium dies 2. A.C. 425. Valentinianus III. Aug. appellatur. 827. Valentinus PP. moritur. 1241. Cæleſtinus IV. creatur. 1433. Franciſcus Gonzaga ſolemniſſima pompa primus S. R. I. Marchio renunciatur. 1601. Mercurii Dux Albam Regalem occupat.

G. XXIII. Circenſium dies 3. Natalis Auguſti Cæſ. aliis 13. Aug. A. Corn. Coſſus de Samnit. triumphat. V. C. 410. A. C. 80. S. Linus patitur. 1444. Joan. Franciſc. Gonzaga Princeps celeberrimus moritur. 1583. Zutphania à noſtris miro aſtu capitur.

A. XXIV. Æquinoctium Autumnale vetus tempore Julii Cæſaris. A. C. 312. Conſtantinus Magnus ſigno Crucis in vexillis uſus Maxentium mirè triumphat. 768. Pipinus Gall. R. moritur, ſuccedit Carol. Magnus filius. 827. Gregorius IV. creatur. 1143. Innocentius II PP moritur. 1494. Angelus Politianus, & 1541. Philipp. Theophraſtus Paracelſus vitâ defungitur. 1626. Miſſa Gabrieli Bethleno 40000. Tartarorum, à Polonis internecione delentur.

B. XXV. Veneralia ſecundùm. Natalis A. Vitel. Imp. A. C. 278. Tacitus fit Imp. V.C. 449. P. Sempronius de Æquis, & 459. M. Valerius Pætinus de Samnit. & 727. M. Valer. Meſſala Corvinus de Gallis triumphant. A. C. 1143. Cæleſtinus II. creatur. 1340. Tornacum

nacum ab Anglis obsessum à DEIpara liberatur. 1506. Philipp. Hisp. Rex pater Caroli V. moritur. Moriuntur item Clemens VII. 1534. & Hadrianus VI. 1506. 1597. Henrico IV. Gal. Regi Ambianum se dedit.

C. XXVI. A. C. 311. S. Eusebius PP. moritur. 1468. Joan. de Turre cremata Cardin. obiit. 1529. Solimann. Imp. Viennam obsidet cum 140. millibus.

D. XXVII. V. C. 487. D. Junius Pera de Sassinatibus triumphat. A. C. 1362. Urbanus V. dum Divo Benedicto Casini est supplex, absens miro Electorum consensu Pont. creatur. 1590. Urban. VII. moritur. 1601. Ludovic. XIII. R. Gall. nascitur.

E. XXVIII. A. C. 630. Clotharius Magnus R. Gall. moritur. 938. S. Wenceslaus Bohemiæ Dux à fratre occiditur. 1393. Sigismund. Rex Ungar. post Imp. tristissima clade à Turcis profligatur. Wenceslaus Ignavus Imp. nascitur. 1238. Jacob. Aragon. Rex Valentia potitur.

F. XXIX. Ludi Fatales. V. C. 415. L. Furius Camillus de Pedaneis & Tiburtibus triumphat. A. C. 195. Didius Julianus Imp. moritur. 855. Lotharius I. Imp. Monachus Prumiensis sanctè vitâ defungitur. 1066. Wilhelm. Normanniæ Dux Angliam occupat. 1273. Rudolph. I. absens Imp. eligitur. 1323. al. 25. Frideric. Austri. à Ludovico Bavaro Imp. profligatur. 1560. Gustavus Rex Sueciæ moritur.

G. XXX. Meditrinæ sive Metrinæ festum. Natalis Pompeji Magni V. C. 648. Idem anno ætat. 46. hâc die de Hierosolymis triumphat. V. C. 415. C. Mœnius triumphat de Lavinis. Epulum Minervæ hâc die celebratum. A. C. 577. Benedict. I. PP. moritur. 589. Antiochiæ multa hominum millia terræ motu oppressa. 653.

ſti. 653. Cindaſuindus Hiſpan. Rex opt. obiit. 1538. Terræmotu prope Puteolos, novus mons exurgit, & Tripergulæ oppidum, cum villa Ciceronis obruit.

OCTOBER.

OCtavus menſium, Marti olim Sacer, à copia rerum fructuoſiſſimus.

Cal. Octobr.

A. I. Junoni ſacer dies. Senatus Legitimus. V. C. 624. C. Sempronius Tuditanus triumphat de Japydibus. Pompejus Magnus victus eſt hac die à C. Julio Cæſ. ad amnem & urbem Pharſalum. A. C. 447. Liber Novellarum hâc die primùm à Theodoſio Imp. editur. 571. Alboinus Rex Longob. moritur. 829. Michael Balbus Imp. Orient. Iconoclaſta dyſenteriâ extinguitur. 1061. Alexander II. PP. creatur. 1273. Alphonſus Hiſpan. Rex electus Imp. Imperium abdicat. 1404. Bonifacius IX. moritur. 1463. Santus Bentivolius Princeps laudatiſſimus defungitur.

B. II. A. C 576. Juſtinus II. Imp. moritur, ſuccedit ipſa die Tiberius. 965. Joan. XIII. PP. creatur. 1187. Saladinus victis noſtris Hieroſolymam occupat. 1264. Urbanus IV. moritur. 1550. Magdeburgum juſſu Caroli V. obſidetur. 1578. Joan. de Auſtria famoſiſſimus bello Dux moritur in monaſterio S. Vedaſci.

C. III. A. C. 311. S. Melchiades PP. creatur. 404. Eudoxia Imp. pulſo in exilium Chryſoſtomo quatriduò poſt moritur. 1180. Manuel I. Imp. Orient. moritur, ſuccedit ipſa die Alexius filius. 1569. Hugonotii in Gallia à Rege & Pont. bello ſuperantur.

D. IV.

D. IV. V. C. 495. Aquilius Florus de Pœnis & 512. L. Lutatius Catulus de Siculis & Pœnis triumphant. A. C. 1209. Ottho IV. Imp. Romæ coronatur. 1273. Rudolph. I. coronatur. 1636. Panierius Suecus nostros ad Witstochium vincit, cæsis utrinque 8000.

E. V. Ludi Alemannici per 6. dies continuos. V. C. 448. M. Fulvius Curvus de Samnitibus, & 487. M. Fab. Pictor de Sassinatibus triumphant. A. C. 361. Moritur Constantius Imp. succedit ipsa die Julianus Apostata. 811. Michael Curopalates fit Imp. 1056. Henric. III. Imp. obiit. 1131. Philippus Ludovici Gall. R. filius casu equi, porco tumultuante, dejectus moritur. 1214. Alphons. Castallæ Rex vitâ excedit.

F. VI. Clades Romanorum Cimbrica cæsis Rom. 80000. lixis 40. millibus. V. C. 650. Eadem die Romani Mithridatem & Tigranem Reges profligant. V. C. 684. V. C. 512. Q. Valerius Falto navalem triumphum agit ex Siculis. Ludorum Alemannicorum dies 2. A. C. 877. Carolus Calvus Imp. moritur.

G. VII. Ludorum Alemann. dies 3. Senatus Legitimus. A. C. 336. Marcus PP. moritur. 929. Carolus Simplex Gall. R. Peronæ in captivitate moritur. 1513. Cæsariani Duce Anhaltino Venetos profligant, cæsis 9000. 1571. Bellum illud memorabile Naupactæum ad Echinadas, duce Joanne de Austria, cæsis Turcarum 25000. captis 4000. redemptis Christianis 14000. Inde anniversaria eius rei mem. à Pio V. instituta.

A. VIII. PYANERPSIA, Athenis celebrata. OSCHOPHORIA à pueris gestantibus ramum oleæ onustum uvis, ficubus aliisq; fructibus & munuscula

ad

ad fores divitum flagitantibus. Dies Neptuno facer. Ludorum Alemannicorum dies 4. A. C. 451. Synodi Chalcedon. Oecumen. IV. initium 877. Carol. Calvus Imp. contra Ludovici Germanici filios movens profligatur. 1241. Cælestinus IV. moritur. 1497. Ferdinand. II. R. Neapol. obiit. 1631. Castrum Herbipolitanum à Sueco expugnatur.

B. IX. Hyperides Orator Atheniensis ab Antipatre captus, linguam mordicus præscindit & exspuit, ne quid inter tormenta arcanorum proderet. Ludorum Alemannicorum dies 5. A. C. 1047. obiit Clemens II. item Joan. Castellæ Rex. 1399. item Sigism. Pandolphus Malatesta Princeps fortissimus. 1468. & 1587. Francisc. Dux Florentiæ. 1524. Martinus Luther. cucullum abjicit. 1595. Cameracum Comiti Fuentino se dedit. 1620 Henric. Comes Tampier Heros incomparabilis in expugnatione Posonii occumbit. 1636. Melandrum & Hassum profligat Generalis Gözius.

C. X. Ludorum Alemann. dies 6. Arelati hâc die Ludos Theatrales exhibet miro apparatu Constantius Imp. 1553. Ferdinandi Regis exercitus prope Ezecum profligatur. 1633. Wallsteinius Saxones vincit prope Steinavv, captis vexillis 133. 1637. Breda à Batavis expugnatur, cum toto obsidionis tempore ad 6000. suorum Batavi desiderassent.

D. XI. Meditrinalia, Deæ Meditrinæ sive Metrinæ sacra, quo die primum mustum bibebant. A. C. 371. Terræmotu Nicea obruitur. 1080. Rudolphus Rhinfeld. Imp. ex vulnere moritur. 1303. Bonifacius VIII. PP. & 1347. Ludovicus Bavarus Imp. moriuntur. A. C. 1531. Ulricus Zvvinglius novæ sectæ au-

ctor,

ctor, bello quod ipse inter Helvetios concitârat, occumbit. 1625. Ferdinandus II. jubet Austriacos mutare vel Religionem vel Provinciam, quod frustra illi deprecantur.

E. XII. Augustalia, dies reditus August. L. Sempronius Atratinus ex Africa triumphat. V. C. 732. A. A. C. 1399. Richardus Angl. Rex in carcere moritur. 1520. Carol. Imp. Aquis coronatur. 1537. Eduardus VI. Rex Angliæ nascitur. 1596. Agriam occupant Turcæ.

F. XIII. Fontinalia iterum. Ludi in honorem Jovis Liberatoris. V. C. 709. Q. Fab. Max. ex Hisp. & 719. similiter ex Hisp. C. Norbanus Flaccus, triumphant. M. T. Cicero Imp. apud Issum salutatur. V. C. 703. A. C. 56. Claudius Imp. ab Agrippina conjuge veneno necatur. 425. Valentinianus III. creatur Imp. 954. Ludovicus Ultramarinus Rex Gall. obiit 1535. Solimannus à Persis profligatur.

G. XIV. A. C. 226. Callistus PP. patitur. 1066. Haraldus Angliæ Rex à Guilelmo Normanno victus Regno & vita exuitur. Sunt qui Carolum Calvum hac die decessisse velint.

A. XV. Sacrificium Romæ pro frugibus, quo equus, qui October appellabatur, capite panibus redimito immolabatur in campo Martio, Matri Deum consecratus. Sed & Marti hac die equus immolatus est. Mercurialia, quibus mercatores Mercurio sacrificabant. Senatus Legitimus. V. C. 444. L. Papirius Cursor triumphat de Samnitibus. Natalis P. Virgilii Maronis Poetarum Principis. A. C. 425. Valentinianus III. creatur. alii al. 1097 Malcommius Scotiæ R. in prælio occumbit. 1285. Philippus audax Gall. Rex moritur.

moritur, succedit ipsi die Philippus Pulcher. 1529. Solimannus Imp Viennæ obsidionem solvit.

B. XVI. THESMOPHORIA festum solemne Athenis per triduum celebratum. Demosthenes absens capitis damnatus venenum sumit. Arx Thebana proditione occupatur, inde pugna Leuctrica. A. C. 1355. Ludovic. Siciliæ Rex Petri Reg. filius moritur.

C. XVII. THESMOPHORIA secundum. A. C. 531. Moritur Bonifacius II. 855. Ignes spiculorum instar crebri per aera visi. 1323. Lambas Auria Genuæ Rector bello invictus moritur. 1404 Innocentius VII. creatur. 1509. Philipp. Cominæus, & 1552. Andreas Osiander Hæresiarcha, moriuntur.

D. XVIII. THESMOPHORIA tertium. Sejani Sycophantæ crudelissimi miserabili interitu memorabilis dies. A. C. 34. Agrippina Germanici uxor laudatissima obiit. A. C. 36. A. C. 707. Joan. PP. VII. moritur. Ottho Magnus fundat hâc die Archiepiscopatum Magdeburg. quâ ipsâ die Misnensis, Mersburg. Cizens. & Havelberg. primi Episcopi consecrati sunt. 1034. Sancius Aragon. R. moritur. 1337. Heidelbergensis, 1457. Gripsvvald. & 1502. Wittenberg. Academiæ institutæ sunt. 1503. Pius III. obiit. 1627. Schlickius Danos opprimit.

E. XIX. Ludi Solis. Armilustrium Romæ. Democritus Philosoph. moritur. A. C. 439. Gensericus R. Wandalorum Carthaginem perfidè occupat. 1405. Æneas Sylvius, postea Pius II nascitur. 1465. Crucigeri sæpe victi tandem Polono se dedunt. 1547. Justus Lipsius ille Belgii Phœbus nascitur.

F. XX. A. C. 255. Lucius I. PP. creatur. 638. Honorius I. moritur. 686. Conon fit PP. 1139. sive 40.

G Henricus

Henricus Guelphus cognom. Superbus exul moritur. 1494. Joan. Galeatius Maria Dux Mediolanensis, lento veneno patrui scelere perimitur, æt. 25. 1546. Prælium Smalcaldicum, quo hac die Albertus Dux Brunsvicensis occubuit. 1547. Perinus Bonacurtius alter Apelles Romæ moritur.

G. XXI. P. Servilius Vatia triumphat. V.C. 665. A.C. 1141. Leopoldus Austriæ Marchio contra Henricum Superbum Bavariæ Dux renunciatus, hâc die infelix & inglorius moritur. 1187. Gregorius VIII. creatur Pont.

A. XXII. A. C. 741. Carolus Martellus Pipini Regis pater, Rex Regum dictus, Saracenorum domitor, belli fulmen extinguitur. 1158. Ottho Austr. Marchio Frising. Episc. scriptor insignis moritur. 1304. Benedictus XI. creatur Pont.

B. XXIII. A. C. 472. Olybrius Imp. immaturè extinguitur. Petrus Aragonius à fratre Rege monitus in expugnatione Neapolis, contra templum B. M. V. tormenta non dirigere, contemnens globo in capite percussus perit. 1149. Raimundus Barcinonensis Rex Aragon. Ilerdam & Fragam expugnat. 1456. Joann. Capistranus moritur. 1465. Erasmus Roterodamus nascitur.

C. XXIV. Natalis Domitiani Imp. Titus Vespas. filius Cæsareæ ludos solemnes celebrat ob victam Jerusalem, & 3000. Judæos cum bestiis pugnaturos inducit. 1535. Francisc. Sfortia Dux Mediolani moritur. 1635. Joan. de Werdt cum 3000. castra Gallica invadit, & dissipatis 5. legionibus, mactatis 3000. captis 1200. equis, vexillisque 18. ad suos revertitur.

D. XXV. A. C. 423. Moritur Bonifacius I. PP.

&625.

& 625. Bonifacius V. & 1154. Stephan. Rex Angliæ. 1415. Henric. V. Rex Angliæ ope DEIparæ de Gallis triumphat, cæsis 10000. cum hi sextuplo maiores copias, virorum 150. millium habuissent.

E. XXVI. Ludi Victoriæ à Sylla instituti. Ludi Sarmatici per dies 7. Carino Cæs. dati. V.C. 751. C. Asinius Pollio de Parthis triumphat. A.C. 121. Evaristus PP. moritur. 336. Julius I. PP. creatur. 1584. Turcarum 10000. in Carniola profligantur. 1596 Maximilian. Archidux prope Agriam à Mahomete vincitur. 1597. Alphons. Ferrariæ Dux ultimus moritur.

F. XXVII. Ludi Natalitii anniversarii Hadriani Imp. ob eiusdem gratissimam Pop. Rom. memoriam. 1462. Moguntia proditione capitur, ab Exercitu Adolphi Nassovii. 1566. Moritur Frideric. III. Elector Palatinus.

G. XXVIII. Ludi Isiaci. Tyranni evictio. A. C. 1187. Urban. III. moritur. 1189. Bardovicum urbs ducentis annis Roma vetustior, ab Henrico Leone Guelpho Principe edomita, funditus evertitur, è cuius ruderibus Lunæburgum conditur. 1494. Carol. Valesius Com. Angolismensis Francisci R. pater moritur.

A. XXIX. Baccho & Vertumno vina nova oblata. P. Sulp. Saverrio triumphat de Samnit. V. C. 449. A. C. 701. Joann. VI. PP. creatur. 1581. Matthias Archidux è Belgio inglorius redit, nuper à Confœderatis ultrò invitatus. 1591. Innocentius IX. creatur.

B. XXX. Ludi Sarmatici continuati. A. C. 1340. Alphonsus Castellæ Rex memorabili prælio Mauros superat, cæsis in acie & fuga ducentis ferè millibus. 1468. Carol. Audax Burgundiæ Dux Leodium expugnat, & dirè sævit, infantibus 600. demersis.

C. XXXI. A. C. 475. Augustulus ult Occid. Imp. creatur. 1327. Jacobus Siciliæ & Aragon. R. moritur. 1338. Ferdinand. I. Rex Lusitan. 1495. Supremum Cameræ Spirensis Judicium instituitur. 1517. Lutherus primum defectionis specimen Theses contra Indulgentias edit. 1529. Oceanus excrescens multa mortalium millia haurit in Hollandia & Flandria.

NOVEMBER.

Nonus mensium Priscis, & Dianæ sacer fuit.

Cal Novembr.

D. I. Calendæ Junoni sacræ. Senatus Legitimus. Epulum Jovi parabatur. M. Fulvius Flaccus de Vulsiniensibus triumphat. V. C. 489. Pontius Telesinus Samnitum Dux cum 40. millibus ad portam Collinam cum Sylla dimicat, & supremum periclitatur Romana Resp. A. C. 588. Agilulphus salutatur R. Longobard. 676. Donus I. creatur 802. Nicephorus Logothetha fit Imp. 872. Hadrian. Papa moritur. 955. Henric. Rixosus primus è Saxonibus Boicæ Dux moritur. 999. Sylvester II. fit Pontifex. 1179. Philipp II. Galliarum Rex coronatur. 1637. Joannes de Werdt hâc & sequenti die Vinarium plurimum atterit, & captis duobus propugnaculis, mille cæsis ad hyberna pergit.

E. II. Ternovena. Plinius II. Vesuvii incendia exploraturus, vapore suffocatur anno Christi 82. 1148. Richardus à S Victore moritur. 1389. Bonifacius IX. creatur. 1549 Paulus III. moritur. 1623. Esterhasius Comes Bethleni copias profligat.

F. III. Hilaria Deum matri sacra, tertium. Hyemis initium apud Vet. Rom. A. C. 283. Probus Imp. moritur.

moritur, succedit ipsa die Carus. 361. Constantius Imp. movens in Julianum moritur. Lucani Poetæ Natalis. 1417. In Concilio Constantiensi Martinus V. fit Roman. Pont. 1551. Magdeburgum Cæsareanis deditur. 1593. Turcæ ad Albam Regalem triumphantur. 1623. Iterum cæduntur Bethleni copiæ ab Esterhasio.

G. IV. A. C. 237. Maximinus fit Imp. 1576. Antverpia ab Hispanis capitur. 1619. Fridericus Elector Palat. contra Ferdinand. II. Imp. Rex Bohemiæ coronatur. 1623. hac tertia pugnæ die Bethleni exercitus omninò profligatur. 1625. Tillius Danos superat.

A. V. SOTIRIA, festum in honorem Areti, Sicionii celebrant, ob patriam è servitute Macedonum vindicatam. Neptunalia, quibus solemnis gratiarum actio Neptuno fiebat. Senatus Legitimus. A. C. 1220. Damiata à nostris capta. 1370. Casimirus Magnus Rex Poloniæ nascitur. 1492. Atrebatum Gallis per stratagema eripitur.

B. VI. A. C. 54. Ulpius Trajanus nascitur. alii al. 355. Julianus à Constantino Juniore designatur Cæsar. 1406. Innocentius VII. moritur. 1417. Franciscus Zabarella S. R. E. Card. vir doctissimus moritur Constantiæ. 1550. Ulricus Dux Wirtenberg. defungitur.

C. VII. A. C. 1492 Lapis triangularis magnus prope Ensisheimium cœlo delabitur, & ibidem usque hodie asservatur & ostenditur. A. C. 1630. Ferdinandus II. Imp. Ratisponæ coronatur.

D. VIII. Neptuno sacer dies. A. C. 790. Constantinus Imp. Irenem matrem resignare cogit. 1300.

Joannes Duns Scotus Doctor ſubtiliſſimus Coloniæ moritur. 1520. Ericus Trolle Eques, Guſtavi Adolphi Regis Sueciæ avus, ob rebellionem decollatur. 1620. Memorabilis illa Bavariæ Ducis & Cæſarianorum victoria Pragenſis.

E IX. A.C.960. Conſtantinus Imp. Romanum filium collegam aſſumens, ab ingrato veneno tollitur. 1142. Fulco Comes Andegavenſis, deſignatus Solymorum R. in venatione equo decidens moritur. 1444. Memorabili congreſſu noſtri cum Turcis ad Varnam congredi parant, contra datam fidem. 1483. Lutheri natalem nonnulli habent.

F. X. A. C 577. Pelagius II. fit PP. 1305. Eligitur Clemens PP. V. 1419. Fundatur Roſtochienſis Academia. 1444. Noſtri miſerabili clade à Turcis ad Varnam profligantur, cæſo Vladislao Rege, & Juliano Cardin. ſed & 30000. Turcarum deſideratis. 1483. Mart. Lutherus naſcitur. 1626. Pappenheimius Heros Superioris Auſtriæ rebelles domat, cæſis 4000. merſis 1000.

G. XI. Henric. V. Imp. naſcitur. A.C. 605. Bonifacius III. PP. moritur. 1286 Petrus Rex Aragon. moritur. 1033. Benedictus IX. fit Pont. 1546. Inſignis victoria ope DEIparæ de Turcis Dium obſidentibus parta.

A. XII. Dionyſia antiquiora, ſive Myſteria minora Athenis celebrata in templo Bacchi. Ludi plebeji primùm. V. C. 444. Q. Fab. Max. Rullianus de Hetruſcis, & 455. Cn. Fulvius Centumalus de Samnitib. triumphant, alii die ſequenti. A. C. 654. Martin. III. moritur. 1226. Ludovic. VIII. Gall. R. obiit. 1409. Lipſienſis Academia conditur.

B. XIII. Epulum rursus indictum in hon. Jovis. A. C. 121. S. Alexander I. creatur PP. 565. Justinianus Magn. Imp. Legumlator moritur, succedit ipsâ die Justinus Junior. 614. S DEUS dedit PP. creatur. 867. Nicolaus I. moritur. 1559. Albertus Archidux fit Gubernator Belgii.

C. XIV. A. C. 1316. Joan. I. Posthumus Gall. Rex salutatur, praeest mensem non totum, & moritur. 1587. Henric. Dux Guisius, auxiliarem Hugonotis Germanorum exercitum profligat. 1626. Iterum memorabili praelio funduntur rebelles in superiore Austria, etsi magico carmine duri, caesis tamen 6000. 1637 Bredavius noster Vrangelianos fundit 500. caesis & 5. legionibus dissipatis.

D. XV. Ludi Plebei secundùm. A. C. 113. G. S. Leopoldus Austriae Marchio, è familia Boica priorum Austr. March. in coelos evolat. 1585. Legati Suecici, eosque inter Pontus de la Gardia, dum Narvam fl. trajiciunt, fatiscente è bombo curulium navi, merguntur. 1629. Gabriel Bethlenus Transsylvaniae Princeps moritur.

E. XVI. Ludi Plebei tertiùm. Sigillaria sive Ludi Sigillares. Natalis Tiberii Imp. I. Henric. III. Rex Angl. moritur. A. C. 1632. Memorabili ad Luzam praelio, Gustav. Rex Sueciae, & fulmen illud belli, Germanae Nobilitatis gloria, Godefridus Henricus Comes Pappenheimius, occumbunt caesis utrinq; 14000.

F. XVII. Æsculapii festum Athenis. Ludi Jancionici Romae celebrati. A. C. 11. Fl. Vespasianus Imp. nascitur. A. C. 375. Valentinianus Imp. Apoplexia extinguitur aetat. 55. A. C. 1175. Conradus Marchio Lusatiae

ſatiæ ex vulnere in ludis Martialibus accepto moritur. 1592. Joannes III. Rex Sueciæ obiit 1611. Sigiſmundus Rex Poloniæ Brandeburgiis jus Feudi Ducatus Boruſſiæ ſolemniter concedit.

G. XVIII. Mercatus quartùm. A.C. 1096. ad 40000. Maurorum prælio Alcoracenſi ab Hiſpanis cæſa. 1169. Moritur Albertus Urſus Elector Brandeburgenſ. 1472. Beſſarion Card. vir maximus obiit. Item 1473. Joan. Monacenſis Dux Bavariæ. 1561. Alexander Moldaviæ Princeps crudeliſſimus profligatur ab Alberto de Laſco.

A. XIX. Munus Candidati, bis aliàs in anno datum, genus Ludi gladiatorii apud Rom. A. C. 237. S. Pontianus PP. patitur. 498. Anaſtaſius II. moritur. 1190. Ptolomais à noſtris expugnatur. 1562. Condæus & Guiſius acriter confligunt, vincunt Catholici & Condæus capitur. 1626. Tertio prælio rebelles Auſtrios fundit Pappenheimius, cæſis 2000.

B. XX. A. C. 1003. Joan. XVII. al. XVIII. Pont. creatur. 1249. Robertus Comes Arteſiæ, Ludovici VIII. Gall. R. filius obiit. 1583. Ludovicus Haſſiæ Landgr. moritur. 1626. Nunc denique quartùm congreſſi Auſt. ſuperioris rebelles à Pappenheimio profligantur cæſis 5000.

C. XXI. A. C. 496. Gelaſius I. moritur. A.C. 533. Hac primùm die Inſtitutiones Juris, opera Juſtiniani Imp. publicantur. 872. Hadrian. II. creatur Pontif. 1150. Garcias Navarræ R. repentè moritur. 1361. Philippus Junior Dux Burgundiæ ſine liberis moritur. 1457. Ladislaus Ungar. & Bohem. Rex in ipſo nuptiarum apparatu decedit, aliis die ſequenti.

D. XXII. Munus Arcadicum, bis in anno datum, genus

genus Ludi gladiatorii. A.C. 375. Valentinianus II. fit Imp. 1220. Frideric. II. Romæ coronatur. 1272. Moritur Henric. Angliæ Rex DEIparæ addictissimus. 1407. Ludovic. Valesius Caroli V. Reg. filius opera Burgundi patruelis à sicariis quibusdam trucidatur. 1525. primus Borussiæ Dux creatur Albertus Brandeburgius.

E. XXIII. A.C. 102. S. Clemens Martyrio coronatur. 498. Symachus PP. creatur 710. Childebertus Rex Franciæ moritur. 1549. Francisc. Dux Brunsvicensis, die suo Natali extinguitur.

F. XXIV. Bruma sive Brumalia festum solemne Romanorum. A.C. 64. Persius Flaccus Satyricus moritur. æt 28 602. Mauritius Imp. occisis prius in oculis eius filiis à Phoca perimitur, alii aliàs. 1308. Henricus Lucelburgius creatur Imp. 1526. Ingenti clade profligat Italos Georg. Baro Fronspergius.

G. XXV. A. C. 899. Moritur Arnulphus Imp. 1277. Nicolaus III. creatur. 1185. Lucius III. defungitur. 1499. Poloni Tartaros in Podolia profligant. 1547. Andreas Auria Dux celeberrimus, alter Neptunus dictus moritur. 1627. Ferdinand. III. nunc Imp. Rex Boem. coronatur.

A. XXVI. V. C. 82. primum Triumphum de Hetruscis agit Servius Tullus Rex Rom. A. C. 514. Clodovæus Magnus Rex Franciæ moritur, & 1439. Albertus II Imp. 1510. Magnus ille Lusitanorum Archistrategus, novi Orbis domitor Albuquerquius, Goam Indiarum Metropolim expugnat.

B. XXVII. V.C. 716. P. Ventidius ex Tauro monte & Parthis triumphat, Græcis & Gallis defossis, Anniversaria solemnitas Romanis in foro Boario.

 A. C

A. C. 1096. Oscensis Urbs, Victrix Romanis dicta, à Petro Aragonum Rege capitur, cæsis eo bello 4. Maurorum Regibus, quorum capita pro insigni dein accepta. Hermann Hassiæ Landgr. Archiepiscopus Coloniensis moritur. 1508.

C. XXVIII. Ludi Natalitii in memoriam Nervæ opt. Cæsaris populo gratissimi. A. C. 496. Anastasius II. fit PP. 711. Gregorius III. defungitur. 1059. Casimir. I. ex monacho Cluniacensi R. Poloniæ, sanctè moritur. 1340. Castell r & Portugalliæ Reges prælio Tartessio Saracenos superant, cæsis ducentis millibus 1443. Georg Castriottus cognom Scanderbegus avitum Principatum Epiri occupat & Turcas profligat. 1627. Anholdius Comes Danos in ditione Bremensi bello vincit, relatis signis 35.

D. XXIX. A. C. 528. Antiochiæ terræ motu 4870. homines oppressi. 1148. Raimundus Barcinon. Arag Rex Dertosam expugnat. 1185. Urbanus III. PP. creatur. 1226. S. Ludovicus Gall. R. coronatur. 1314. Philippus Pulcher Rex Galliæ moritur. 1632. Frideric. Palat. Exauct. Rex Bohemiæ Moguntiæ moritur. 13. diebus post Regem Sueciæ occisum.

E. XXX. L. Æmilius Paulus II. ex Maced. & Perseo R. triumphat. V. C. 585. A. C. 771. Carolomannus Gall Celt. R. Pipini filius obiit. 1406. Gregorius XII. creatur. 1525. obiit Francisc. Ferd. Pescaræ Marchio Invictissimus. 1526. Georg. Fronspergius Italos prope Mantuam cædit. 1575. Selimus II. Turcarum Imp. moritur. 1561. Tornacum expugnat Parmensis.

DE-

DECEMBER.

MEnſis olim decimus, nunc poſtremus, Præſidem Veſtam habens.

Cal. Decemb.

F. I. Calendæ Junoni ſacræ, Fortunæ muliebris feſtum. Ludi Sarmatici iterum. Bellum ſublatum. Senatus Legitimus. A. C. 1049. Ermeſenda Regina Aragon. obiit. 1299. Frideric. R. Siciliæ Drepani Gallos ſuperat. 1531. Joan. Oecolampadius Baſileæ moritur.

G. II. Initium Muneris. Perſeus Rex vinctus cum filiis à P. Æmilio tertiâ triumphi die ſpectaculo circumducitur, & paulò poſt in carcere moritur. A. C. 237. S. Antherus PP. creatur. 1154. Anaſtaſius IV. & 1521. Leo X. moriuntur. Item 1463. Albert. VI. Archidux, & 1592. Alexander Farneſius Belgii triumphator.

A. III. A. C. 872. Terræmotu Moguntia evertitur. 1135. Henricus I. R. Angl. obiit. 1138. Lotharius II. opt. Imp. moritur. 1265. Odofredus I. C. celeberrimus decedit.

B. IV. Munus Arcadicum, iterum. A. C. 36. Perſius Flaccus Volaterris naſcitur. 811. Carolus Rex Germ. Caroli M. filius domitis Saxonibus moritur. 975. Joan. Zemiſces Or. Imp. DEIparæ addictiſſimus obiit. 1334. Joann. XXI. al. XXII. extinguitur. 1563. Finitur Concilium Tridentinum.

C. V. Faunalia Fauni ſacra à ruſticis celebrata ſecundùm. V. C. 691. Catilinaria conjuratio detecta. A. C. 1154. Hadrianus IV. creatur PP. 1185. Alphonſus Portugall. Rex opt. moritur. 1250. Fridericus II. Imp. à Manfredo notho filio injecto pulvinari ſuffocatur.

focatur, alii aliàs. 1560. Francisc. II. Gall. R. ex apostemate cerebri moritur. ætat. 17. 1590. Gregorius XIV. creatur PP.

D, VI. A. C. 741. S. Zacharias fit PP. 1032. Rudolph. III. cognom. Nihili Burgund. Rex moritur. 1082. Raimundus C. Barcinon. à fratre impiè occiditur. 1352. Clemens VI. & 1370. Rudolphus Elector Saxon. moriuntur.

E. VII. A. C. 370. S. Ambrosius pueri voce Episcop. designatur. Hac die M. T. Cicero ætat. 64. decollatur, & caput cum dextra pro rostris exponitur. A. C. 983. Ottho II. Imp. obiit. 1488. Francisc. Comes Stamparum ultimus suæ Familiæ Dux Britanniæ moritur.

F. VIII. Horatius Flaccus Aurelio Cotta & Manlio Torq. Coss. nascitur. A. C. 283. S. Eutychianus PP. patitur. 878. Ludovic. Balbus R. Gall. coronatur. Dies Neptuno sacra.

G. IX. A. C. 1165. Malcolmus Junior cognom. Virgo Rex Scotiæ extinguitur. 1185. Alphonsus I. Portugall. R. Maurorum domitor moritur, aliis 5. Dec. & 1437. Sigismund. Imp. Schismatis teterrimi felicissimus profligator.

A. X. Munus Candidati, iterum A. C. 313. S. Melchiades PP. obiit. 537. Belisarius nocte Romam occupat cæso Gotthorum præsidio. Domus sacra DEIparæ per Angelos è Dalmatia Recinetum per 100000. passus transfertur. A. C. 1294. 1279. Boleslaus Pudicus R. Polon. obiit. 1561. Caspar Schwenckfeldius Hæresiarcha moritur.

B. XI. Agonalia Bacchi. Dies Halcionici. Septimontia. Solstitium hybernum novum. A. C. 1474.

Henricus,

Henricus IV. Castellæ Rex sine liberis extinguitur. 1552. Paulus. Jovius Episc. Nucerinus obiit.

C. XII. Ludi Lancionici. A. C. 384. S. Damasus PP. obiit. 626. Heraclius Imp. ope B. M. V. memorab. triumpho Persas vincit, suorum 12. tantùm desideratis. 1476. Moritur Frideric. Victoriosus C. Palat. 1542. Jacob. R. Scotiæ extinguitur. 1562. Obiit Joan. Mediceus Cardin. Juvenis, ex vulnere à Garzia fratre inflicto, cum de lepore in venatione contenderent, hoc etiam à Joannis famulo interempto. 1620. Buquoius Comes Moravos subigit, bello victos.

D. XIII. C. Fab. Luscinus de Lucanis Brutiis Tarentinis & Samnitibus triumphat. V. C. 475. & Q. Pedius de Hispanis 711. Senatus Legitimus. A. C. 787. Thassilo ult. Bojorum R. Monachus moritur. 1034. Theodoricus Marchio Lusatiæ in lecto confoditur. 1124. Callistus II. & 1254. Innocent. IV. Item 1586. Stephan. Polon. & 1521. Emmanuel Portugall. R.R. moriuntur. 1598. Mira Romæ inundatio.

E. XIV. A. C. 617. Bonifacius V. & 871. Joan. VIII. & 1124. Honorius III. creantur. 896. Formosus PP. & 1474. Frideric. Saxon. Dux Magister Ordin. Teut. moriuntur. 1546. Ticho Brahe nascitur. 1599. Andreas Battorius Cardin. victus à Valacho, in fuga à rusticis occiditur.

F. XV. Consualia tertium. Nascuntur Nero Imp. L. Ælius Verus Imp. & Septimius Imp. inde Natalitii Ludi Septimiani anniversarii. A. C. 882. Joan. VIII. PP. moritur, & 1393. Alphonsus Aragon. R. Astronomiæ Restitutor. 1588. Henric. Guisius Dux opt. inauditus jussu Regis confoditur.

G. XVI. A. C. 533. Pandectæ & Digesta à Justi-

niano

-niano eduntur. 714. Pipinus Caroli Martelli pater obiit. 1195. Balduinus Animosus Com. Flandr. moritur. 1393. Alphonf. R. Aragon. Astronomus nascitur, alter ab illo Restauratore. 1588. Ludovic. Guisius Cardin. altera post necem fratris die indignè occiditur.

A. XVII. Primus dies Saturnalium adjectus à Julio Cæsare in correctione Calendarii. M. T. Cicero Pindenissum Ciliciæ capit. A. C. 554. Totilas Gotth. Rex Romam proditione capit & mœnia diruit.

B. XVIII. Secundus dies Saturnalium adjectus à Julio Cæsare. A. C. 1118. Cæsaraugusta Alphonso Regi cognom. Imperatori se dedit. 1352. Innocentius VI. PP. creatur. 1625. Ferdinand. III. R. Ung. nunc Imp. ab Esterhasio Palat. coronatur.

C. XIX. Tertia dies Saturnalium, qua sola olim Saturnalia celebrata. Opalia. A. C. 882. Martinus I. PP. creatur. 972. Donus II. & 1370. Urban. V. moriuntur. 1521. Joann. III. Rex Lusit. moritur. 1523. Clemens VII. creatur.

D. XX. Opalia secundùm. Ludi Natalitii anniversarii Gordiani Imp. A.C. 805. Osnaburg. Schola à Carolo M. fundatur. 972. Benedictus VI. PP. creatur. 1288. Hermannus Alberti I. Imp. frater, prope Rheinavv Rheno mergitur, ætat. 18. 1448 Nicolaus Cusanus Cardin. designatur, mundi miraculum habitus.

E. XXI. Angeroniæ feriæ, quibus Angeronæ sacra fiebant, Deæ Silentii. Herculi & Cereri mel & vina offerebantur. A. C. 1140. Memorabili fidei exemplo Guelphonem D. à Cæs. obsessum suis humeris effert Serenissima Conjux, rogans ut fœminis quod

charis-

chariſſimum eſſet humeris efferre liceret. 1254. Alexander IV. & 1334. Benedictus XII. creantur. 1603. Mahometes III. Imp. moritur.

F. XXII. Compitalia tertium. Larium feſtum 3. A. C. 71. Vitellius Imp. occiditur. 1612. Franciſcus Gonzaga Dux Mantuæ moritur. 1636. Ferdinand. III. Imp. Ratiſponæ eligitur.

G. XXIII. Laurentinalia ab Acca Laurentia uxore Fauſtuli inſtituta ſeu dicta. Feſtum Jovis. M. Fulvius Nobilis de Ætolis triumphat. V. C. 576. A. C. 560. Childebertus I. Franciæ Rex, & 1516. Ferdinand. Hiſpaniæ Rex moriuntur.

A. XXIV. A. C. primo, Sergius Galba Imp. naſcitur. Juvenalia diebus octo, Saturnalibus addita. Ludi Anniverſarii Natalitii in hon. & gratiam Titi Imp. A. C. 1294. Bonifacius VIII. creatur Pont. 1543. Obit Andreas Carlſtadius. 1601. Franciſc. Dux Brunſvic. æt. 29. aquis mergitur.

B. XXV. Natalis Regum Regis Verbi incarnati. Bruma ſeu ſolſtitium hybernum tempore Julii Cæſaris Juvenalium dies 2. A. C. 499. Clodoveus Magnus Gall. R. baptizatur. 800 Primus Occidentis Imp. ſalutatur hâc ipsâ die Carolus Magnus. 820. Leo Armenus Imp. occiditur. Concilio Perpinianenſi decretum, de annis deinceps à nato Chriſto computandis. Wilhelmus Nothus Rex Angliæ conſecratur. 970. Joann. Zemiſces coronatur Imp. Orient. Hâc item die Carolus Craſſus Imp. coronatur, & Henricus III. creatur. Sed & Carolus Calvus & Conſtantinus Ducas Impp. deliguntur. Creantur eâdem die PP. Clemens II. 1046 & Bonifacius VIII. 1294 Eadem die 1406. Moritur Henricus III. Caſtellæ Rex,

1523.

1523. Rhodii milites coacti deditionem Rhodi faciunt. 1560. Francisc. II. Gall. R. moritur. al. 5. Dec. 1593. Naves Hollandicæ quadraginta naufragio pereunt.

C. XXVI. Juvenalium dies 3. A. C. 272. Moritur S. Dionysius PP. & 419. Zosimus, cui ipsâ die succedit Bonifacius I. 687. Sergius I. creatur. 795. Hadrian. I. moritur. 1193. Frideric. II. Imp. nascitur. 1413. Michael Stenus Venet. Dux celeb. obiit. 1477. Galeatius Sfortia Mediolani Dux in templo occiditur. 1559. Pius IV. & 1566. Pius V. creantur. 1623. Mansfeldici ab Ervvitto ad Frisoytam cæduntur. 1627. Mantuæ Dux ult. moritur, succedente Niversio, in quem bellum Italicum paratur.

D. XXVII. Juvenalium dies 4. Ludi Palatini ob constitutum Imperium, & in memoriam C. Julii Cæs. ab Augusto instituti, & per dies 8. celebrati. A. C. 955. Agapetus II. moritur. 1060. Ferdinand. I. Leg. & Castellæ Rex obiit. 1594. Henric. IV. Gall. Rex à sicario quodam ferè interimitur.

E. XXVIII. Juvenalium dies 5. Cn. Pompeius Strabo de Asculanis & Picentibus triumphat. V. C. 664. A. C. 1412. Bartholomæus Salicetus JC celeb. & 1568. Christophor. Dux Wirtenb. moriuntur.

F. XXIX. Davidis Regis & Prophetæ Natalis. Juvenalium dies 6. V. C. 713. L. Munatius Plancus de Gallis triumphat. A. C. 1591. Innocentius IX PP. moritur.

G. XXX. Juvenalium dies 7. Saturnalia hâc & sequenti die festivius celebrata. A. C. 1370 Gregorius IX. creatur Pontifex. 1636. Ferdinandus III. Imp. Aug. Ratisponæ solemnissimè coronatur.

A. XXXI.

A. XXXI. Juvenalium dies 8. & ultimus L. Aurelius Commodus M. Antonini opt. Principis flagitiosissimus filius, cum in sequenti nocte plurimos Principes interficere statuisset, à Narcisso Athleta strangulatur, anno Christi 194. ætat. 32. 335. S. Sylvester I. moritur. 406. Gallias trajecto Rheno invadunt Alani & Wandali. 639. Joann. IV. PP. creatur. 1387. Joan. Wiclessus Hæresiarcha in exilio moritur.

Fructui Benedicto Virginis laus, in sæculis æternis, Amen.

SACRÆ HISTORIÆ UNIVERSÆ NUCLEUS.

Annus Mundi Primus.

In Principio creavit Deus Cœlum & Terram &c. Fuit autem dies mundi primus, Dominicus. Feria VI. creatus est homo Microcosmus, cuius Unius pedibus, teste David, subiecta sunt Omnia. Die VII. requievit Dominus ab omni opere &c. qui propterea sacer Judæis fuit. Cæterum mense Martio mundum creatum fuisse, aliàs demonstramus, & à prima eiusdem, mundi conditi annos numerari debere disertè asserimus. Nunc sacram Historiam universam obiter delibemus.

Anno

Anno Mundi 2. Lachrymarum hanc vallem primus nascendo ingreditur Cain, anni initio, & fine eiusdem Abel.

A. M. 3. Varia filiorum Adam generatione, hic & sequentes anni à scriptoribus notantur.

A. M. 130. Cain Abelem fratrem occidit, opinione Methodii & Saliani.

131. Ærumnas Mundi delibare incipit, natus hoc anno Adamo Sethus, Caino Enothus.

150. Struit primam Urbium Enochiam Cain, à filio dictam.

236. Mundum hunc subintrat Enos Setho natus.

396. Variant scriptores super diverso diversorum ortu. Salianus Malaleelem filium Cainan natum opinatur.

461. Laborat pace turbatâ primùm orbis, Cainitis impiis bellum ferentibus & gerentibus. Malaleeli nascitur Jared filius.

500. Uxoribus fratrum abutuntur Cainitæ.

623. Consignat hunc annum natali suo sanctus ille Enoch.

628. Ætatem nunc agit mulierosus ille Lamech, primus Bigamus, Caini interfector.

875. Sethi filiis debetur non modo, Astrologia inventa, sed & litteræ Hebraicæ. Lamech alter, vir sanctus nascitur.

930. Naturæ moriendo satisfecit Adam communis mortalium omnium parens, & in monte Calvariæ sepelitur.

940. Ingreditur viam eandem Eva humani generis mater.

987. Transfertur, non moritur, ut mentiuntur Judæi, Henoch.

1042.

1042. Avocatur à mortalibus Sethus Patriarcha. Invalescit malitia super terram.

1057. Concionatorum primus, Noe Patriarcha nascitur, filius Lamech.

1140. In vivis esse desinit S. Enos, Sethi filius.

1235. Decedit Cainan æt. 910. Noe prædicat reprobis.

1290. Transit ex hac mortalitate Malaleel. æt. 895.

1422. Abripitur similiter morte Jared. æt. 962. qui omnes Patriarchas vidit, & Adamum annis 470.

1537. Definitur tempus diluvii à Numine.

1557. Arcæ fabrica imperatur Noe, in qua 100. annis laboravit.

1559. Justo Noe Sem filius natu maximus nascitur.

1600. Noe pergens terrere impios, Prometheus dicitur.

1651. Moritur Lamech æt. 777. superstite patre, quod nulli Patriarcharum contigit, ab orbe condito.

1656. Obiit longævus ille Mathusalem, ætat. 969. vir religiosus & pius. Diluvium incipit mens. 2. die 17

1657. Arcâ egreditur Noe, novus quasi orbis pater.

1658. Varia generatione filiorum Noe celebres deinceps anni, & hic ortu Assur, Magog, & Ephraim.

1659. Spectatissimus ille Principum Arphaxad nascitur. Item Madai & Phut.

1660. Tres Noe filii prole augentur. Semo Lud nascitur, Chamo Chanaan. Japheto Javan.

1671. Ebrius Noe à Chamo illuditur, & maledicit Chanaan.

1694. Excellit hic annus ortu virorum illustrium, Nemrodi & Zoroastris. Sed & Arphaxadi Cainan nascitur.

1724. Salæ natalis annus, qui fuit filius Cainan.

1754. Salæ nascitur filius Heber pater Hebræorum.

1788.

1788. Universa terra, authore DEO, in tres mundi Principes Sem, Cham & Japhet dividitur. Natus Phaleg filius Heber.

1818. Mundi tres Principes, in filios ac nepotes diversas provincias partiuntur. Nascitur Rehu filius Phaleg.

1850. Incliti illius Patriarchæ Abrahæ proavus, Sarug nascitur filius Rehu.

1880. Sarug prole augetur Nachore, qui dictus est Senior.

1909. Struitur Turris illa Babel, & Urbs celeberrima. Nachori nascitur filius Thare, pater Abrahæ.

1931. Immittit confusionem linguarum DEUS, in structores turris, cessatque ædificatio. inde divisio in gentes.

1932. Titulo Regis primus utitur Nemrodus seu Belus, quem Saturnum alii volunt, condito nunc Regno Babylon.

1933. Orbis in plura Regna distinguitur. Assur Assyriorum Regnum à se cognominatum, alii alia condunt.

1950. Urbes celeberrimas struit Nemrodus, Arach, Achad & Chalanne. quæ postea Edessa, Nisibis & Seleucia.

1966. Exurgit novum Sycioniorum Regnum Ægialeo Rege.

1979. Decus illud Patriarcharum Abraham nascitur.

1996. Regum primus Nemrodus moritur, succedit Ninus idem Assyriorum Rex, qui Imperium dilatat, & condit Niniven, urbium maximam, longitudine 150. Stadiorum.

2000.

2000. Ob fortia facta Ninus Belum patrem, Diis accenset.
2006. Transit ex hac mortalitate Noe Patriarcha.
2014. Assyriorum Monarchia per Ninum consurgit.
2017. Rex Sicyoniorum primus Ægialeus moritur.
2018. Optimo patri succedit filius Europs.
2026. Dimidium temporum ab Orbe condito usque Christum.
2027. Ad patres in Lymbo pergit Nachor Patriarcha.
2039. Tradit Salianus nunc primum natum Abrahamum, quod & nobis contra multos placet.
2044. Exercitu 170. Myriadum, Ninus Zoroastrem Bactrianorum Regem ope Semiramidis debellat.
2048. Rex Ninus moritur, succedit Semiramis, quæ prima mulierum imperat. Nascitur Loth.
2049. Opera inter Semiramidis, Babylon consurgit, par Ninive magnificentia. Sara nascitur.
2053. Terminat vitam Cainan posterior filius Arphaxad.
2056. Abit similiter è vita Rehu pater Sarug.
2062. Rex Sicyoniorum Europs obiit. succedit Telchis.
2068. Ingentia & miranda Semiramidis opera celebrantur. Abraham Saram ducit.
2079. Moritur Sarug proavus Abrahæ.
2090. Debellat Indos Semiramis, victa tandem paulò post moritur, miraculum mulieris.
2091. Ad regnum post matrem evehitur Ninyas.
2094. Ætate Abrahami, & hoc ferè anno conditur Regnum Cretensium à Cres primo Rege.
2096. Inter vivos esse desinit Arphaxad ætat. 438.

2105. Triumphat subigitur Gomorrhæos & Sodomitas Rex Chodorloamor.

2113. Abrahæ pater Thare moritur.

2114. Relinquit Haran Abraham jussu Numinis.

2115. Gratia Saræ benefit Abrahamo ab Ægyptiis, transacta autem veris parte revertitur in Chananitidem.

2116. Separantur Loth & Abraham.

2117. In Hebron habitat Abraham.

2118. Triumphat de hostibus Abraham, & Lothum liberat.

2124. Nunc Agarem ancillam ducit, nascitur post annum Ismael.

2128. Arius qui & Mars Nino patri mortuo apud Assyrios succedit, pro DEO habitus.

2138. Reprobi Sodomitæ exustis urbibus divinitus puniuntur. Instituitur eodem anno Lex circumcisionis.

2139. Editus in lucem Isaac circumciditur.

2144. Projicitur Agar cum filio Ismaele & exulat.

2154. Obligantur fœdere Abraham & Abimelech. Ismael ducit conjugem.

2158. Extinguitur Semus æt. 600. vir sanctus. moritur, & Arius sive Mars, cui Aradius filius succedit.

2163. Res mira! Jussu Numinis Abrahamus Isaac filium immolare parat, & benedicitur.

2175. In vivis esse desinit Sara.

2178. Matrimonio Rebeccæ jungitur Isaac, & sequenti anno Ceturæ Abraham, qui ab Isaac sejungitur.

2199. Esau & Jacob nascuntur. Baleus fit VII. Rex Assyr. Inachus, primus Argivis imperat, cuius filiam Io sive Isidem mirè celebrant Poetæ.

2213.

2213. Terminus vitæ Abraham Patriarchæ.
2217. Naturæ concedit Heber.
2228. In Regnum Balæo mortuo (qui & Xerxes dicebatur) succedit Armamitres VIII. Rex Assyrior.
2235. Æquitatis paternæ æmulus, fœdus init cum Abimelecho Isaac Patriarcha.
2249. Nunc Inacho patri apud Argivos succedit Phoroneus.
2258. In Attica Diluvium illud Ogygium contigit.
2261. Vitâ excedit Ismael ætatis 137.
2266. Ingreditur communem mortalium viam Armamitris cui Belochus I. succedit apud Assyr.
2271. Debellat Carpathios & Telchines R. Phoroneus.
2276. Suggerente matre Jacob fratri benedictionem præripit.
2278. Absolvitur corporis ergastulo Rebecca.
2283. Hoc anno Rachelem ducit Jacobus.
2290. Tractant & paciscuntur ratione ovium Jacob & Laban.
2296. Assequitur fugientem Jacobum Laban, & idola repetit.
2297. Nunc in Socoth, sequenti anno in Salem moratur Jacob.
2301. Obiit Belochus Senior, succedit Balæus II.
2305 Insignitur annus cæde Sichimitarum ob Dinam violatam.
2306. Excedit è vivis Rachel, quo ipso anno Joseph venditus.
2312. Regit domum Putipharis Joseph.
2316. Eludit scelus adulteræ Joseph, & triennio incarceratur.
2318. Vitam deserit Isaac Patriarchâ,

2319. Educitur è carcere Joseph, & fit secundus à Rege.
2320. Ducit coniugem Joseph, & primo anno Manasse, secundo Ephraimo, filiis beatur.
2327. Incipit septuennis fames, occurrunt fratres Joseph.
2328. Forma & exemplar patientiæ Jobus nascitur, Joseph à fratribus agnoscitur.
2329 Traductus in Ægyptum Jacob. intuetur filium.
2333. Eximiè attollitur Josephi prudētia, fame finitâ.
2338. Extruitur Sparta nobilissima Urbs Peloponesi.
2345. Res suas & filios Josepho commendans Jacob moritur.
2353. Obiit Balæus Assyr. Rex X. succedit Altadas.
2370. Memorabilis Promethei gestis hic annus.
2385 Altada Regi Assyr. mortuo succedit Mamythus.
2398. Sua patientia nunc cœlum recreat Jobus.
2399. Vitâ excedit Joseph Patriarcha.
2401. Victi Ephraimitæ à Hethæis & cæsi. 1. Paral. 7.
2405. Tentatione probatus Job nunc mirè locupletatur.
2415. Terminat vitam Mamythus Rex Assyriorum, succedit Machaleus.
2418. Nobilitate ingenii cœlum sustinere visus, Athlas claret.
2438. Vivit, & regnare hoc anno incipit Amenophis Ægypti Rex, dictus Memnon, qui Judæos servire coegit.
2445. Rex Assyriorum XIII. Malacheus moritur, succedit Sphærus.
2450. Extinguitur Caath Moysis avus.
2451. Servitus Judæorum nunc incipit.

2461 Insignis ille & Magnus Pontifex Aaron nascitur

2464. Moyses Legumlator nascitur.

2465. Obiit Sphærus Rex Assyr. succedit Mamylus.

2469. Rex Ægypti crudelissimus Amenophus moritur, succedit Orus mitior in Israelitas.

2491. Princeps ille exercitus Israel, Josue nascitur.

2495. In Regnum Assyr. mortuo Mamylo succedit Sparetus.

2498. Bellicosissimus ille Cecrops, fit primus Atheniensium Rex, & Idololatriam ex Æthyopia Græciæ invehit.

2503. Relinquit aulam Moyses, & Hebræum se fatetur.

2506. Orus Ægypti Rex moritur succedente Acenchri.

2518. Acenchri mortuo succedit Achores. Regni Deucalionei initia celebrantur prope Parnassum.

2527. In Ægypti Achori extincto succedit Chenchres.

2530. Tertium illud diluvium Deucalioneum, & deflagratio Phaetonthea celebrantur.

2535. Inter mortales vivere desinit Sparetus Rex Assyr. XVI. succedit Ascatades.

2543. Libertati Israel consulturus mittitur Moyses.

2544. Israel educitur ex Ægypto die 15. mensis 1. Moritur eodem anno Jobus, merguntur Ægyptii.

2545. Terribiliter puniuntur Nadab & Abiu, sed & alii murmurantes, quo ipso anno Aaron fit Sacerdos

2546. Neglector ille Sabbathi lignator lapidatur.

2547. Exardescit furore Dominus in Core & socios.

2548. Gerunt sceptra Atheniensium & Argivorum Cranaus & Crotopus Reges.

2558. Atheniensium tertius Rex fit Amphyction Deucalionis filius, pulso sede sua Cranao.

2575. Moritur Ascatades R. Assyr. succedit Amyntas.
2581. Regnum Argivorum obtinet Danaus.
2583. Aaron moritur, & paulò post Moyses ætat. 120.
2584. Movet in hostem novus Israelis Dux Josue & Solem stare jubet, dum hostem debellat.
2585. Victorias prosequitur, & Reges profligat.
2590. Rebus compositis Domus Domini in Silo constituitur.
2600. Othoniel mortuo Josue, Eleazaro Pontifici Phineas succedit.
2601. Vincunrur bello Chananæus & Pherezæus.
2602. Triumphant de Jerosolymitis filii Judæ & Urbe potiuntur.
2603. Movet contra Hebron populus DEI, eaque capta mirè sævit in oppidanos.
2604. Urbs Dabir Othoniele expugnatur.
2605. Rursum aliæ urbes capiuntur.
2617. Obiit Caleb. (Iochus.
2620. In vivis agere desiit Amyntas Rex, succedit Be-
2622. Ad Idololatriam prolabuntur Judæi. Bellum Beniamiticum exardescit.
2623. Malè mulctantur Israelitæ apostatæ; servitute octo annorum sub Chusan R. Mesopotamiæ.
2624. Europæ raptus celebratur.
2625. Thebis Chadmus imperat, ex cuius filia Semele natus est Dionysius, sive Liber & Bachus.
2630. Moritur Danaus R. Argivorum, relictis 50. Filiabus, succedit in Regnum Lynceus gener.
2631. E servitute vindicat Israelem Othoniel, victo Chusan.
2640. Liberator populi DEI Othoniel moritur, cui Aaod succedit, & Phineas extincto, Abisua Pontifex.

2641.

2641. Ad scelera rursus deflectit populus mox puniendus.

2645. Vivere desinit Belochus Rex Assyriorum, cui Bellepares succedit. Conditur Ephyras, quæ postea Corinthus fuit.

2650. Qui à Poëtis plurimum celebrantur, Triptolemus, & Minoes Jovis & Europæ filius clarent.

2651. Opprimit Israelitas Eglon R. Moab. & subjugit.

2653. Vitam nunc miseram vivunt Iudæi, ex liberis servi. Proserpinæ raptu memorabilis annus.

2669. Servitute populum liberat Aod Judex, occiso Eglon, & Moabitis subactis.

2672. Insidias novercales fugit cum sorore Phrixus, nave vectus, cujus insigne aries aureus.

2676. Defuncto Bellepari Reg. Lamprides succedit.

2683. Initium belli Athenensis ob Sacra Eleusina.

2687. Vivit nunc Tros, & in Dardania regnare incipit.

2692. A Juve raptum Ganymedem Poetæ fingunt, quem Tantalus sub hunc annum Troi parenti rapuit.

2700. Datum initium hoc anno Ludis Isthmicis auctore Sisypho, restauratore dein Theseo.

2707. Obiere Lamprides Assyr. & Erechteus Athen. Reges, successere Sosares & Cecrops.

2709. Modo Bellerophon & Pegasus, nec non Perseus vixisse memorantur.

2720. Inter vivos desinit Aod Judex, cui Barac sufficitur, sub quo Debbora claret Prophetissa.

2721. Ob defectionem iteratam, Regi Jabin à DEO subjiciuntur Judæi, & servitute premuntur.

2727. E vità abit Sosares R. Assyr. succedit Lampares.

2730. Statuunt nonnulli, nunc primum raptã Europã.

2734. Excellit inter Reges hujus temporis Pelops Argivis dominatus, à quo Peloponesi nomen.
2741. Hoc demum anno, opera Barac & Debboræ liberantur servitute Judæi.
2743. Terminus Regni Argivorum post annos 554. sub ultimo Rege Acrisio, incipit Mycenarum sub Perseo.
2757. Obiit Lampares Rex Assyr. XXIII. succedit Panyas.
2760. Labuntur denuò Judæi Baraco & Debbora nunc mortuis. Madianitæ eos subjugant. Liberi patris gesta celebrantur.
2768. Victis hostibus populum DEI liberat Gedeon.
2771. Gravium Historicorum fide Cizicus Hellesponti conditur.
2775. A plerisque huc opera Dedalæa referuntur.
2783. Obtinet hunc annum Tyri conditæ memoria, quam tamen alii potius restauratam contendunt.
2786. Clarent Argonautæ eosque inter Orpheus.
2793. Orphei Magia, & cantus scientia celebratur. Clarent item Atreus & Thyestes.
2800. Moritur Gedeon, succedit Abimelech, deficiunt iterum Judæi.
2802. In Regno Assyr. Sosarmus Panyæ succedit. Ruth claret.
2803. Suum in caput conjuratos plectit Abimelech, & paulò post perit, succedente Thola.
2806. Sub hoc tempus Herculis certamina referuntur.
2811. Insignis Nativitate Obedi ex Ruth annus est.
2814. Celebrantur nunc Priamus & Minotaurus.

2821. Linquit hunc orbem Sosarmus Rex, succedit Mitræus.

2822. Vix fabulis celebratius tempus, quam nunc Theseo Athenis regnante. Bellum Theban. confectum.

2826. Decedit Thola Judex, succedente Jairo.

2832. Servitutis Ammoniticæ initium.

2833. Insignia merita Thesei malè mulctantur exilio.

2842. Terror olim Romæ Carthago conditur. Nascitur Heli.

2848. Concedit naturæ Jairus Judex, cui substituitur Jephte. Moritur Mithræus Assyr. Rex. succedit Teutanes.

2849. Ab Hercule nunc instituti Ludi Olympici. Theseus rapit Helenam. Jephte filiam immolat. Inde fabula Iphigeniæ.

2854. Labores & vitam concludit miserè Hercules, seipsum exurens, Jephte moritur, succedit Abesan.

2855. Insigne per fratrum Castor & Pollux, hoc anno Helenam sororem armis recipiunt.

2860. Ex liberis denuò servi Judæi Philisthæis traduntur.

2861. Nascitur Sampson. Fit Judex Ajalon.

2871. Incenditur capta Troja, & Regnum extinguitur.

2872. Gravibus periculis mari defungitur Æneas cum sociis, Italiam petens. Abdon post Aialonem fit Judex.

2880. Regni Italici incrementa celebrantur. Abdon moritur.

2881. Insignem refert Victoriam Samson cæsis Asini mandibula mille viris. Teutani Regi succedit Teutæus.

2882. Videtur nunc primum Sampson Judex electus.

2899. Sampson ruinâ ædium perit gloriosissimè.

2900. Judex simul & Pontifex Heli designatur.

2901. Nascitur Samuel Propheta.

2905. In Regnum Ascanio Æneæ filio succedit Silvius Posthumius. Heraclidæ Peloponesum frustra tentant.

2913. Vix annum 12. attingens Samuel Prophetã agit.

2920. Gesto 39. annis Imperio Teutæus moritur, succedit Thinæus.

2927. Nihil perpetuum in orbe, Sicyoniorum etiam Regnum docet, olim spectatissimum, nunc omninò extinctum.

2939. Arca capitur, cæduntur Israelitæ, Heli cervices frangit.

2940. Samuel fit Judex, Achitobus Pontifex.

2950. Succedit Thynæo Dercylus. David nascitur.

2960. Superant bello Philisthæos Israelitæ.

2961. Occupat hunc annum Regni Lacedæmoniorum initium.

2962. Initium Regni Israel. Saule primo Rege designato.

2963. Laudatissima principia Saulis. Bellum Ammoniticum.

2964. Ionathas hostem invadit invito patre.

2965. Felici rerum successu Saul Ammon. Moabitas & Idumæos bello petit. Item alios profligat.

2968 Offendit DEUM Saul inobediens, dum Amalecitas

lecitas impugnans parcit. Samuel Agag Regem mactat.

2969. Monente Numine, Davidem Regem inungit Samuel.

2970. Invitatur ad aulam David à Saule, ob psallendi scientiam.

2971. Sternit Goliathum David, & miro occentu mulierum exceptus, Saulis animum offendit gravissimè.

2973. Saulis insidias ægrè effugit David, variè jactatus.

2974. Interficitur Abimelech Pontifex cum 85. sacerdotibus jussu Saulis, quod Davidi favisset.

2976. Sauli partem chlamydis præscindit David.

3977. Obiit Samuel Propheta sanctissimus.

2978. Iterum Saul contra David, & hic è dormientis tentorio scyphum & lanceam tollit.

2979. Congressus cum hoste Saul profligatur, ipse se perimit. Ionathas gloriosè occumbit. David & Isboseth eliguntur.

2982. Isbosethi Dux Abner à Ioab vincitur.

2985. Liberius correptus ab Isbosetho Abner fert ægrius, & confugiens ad David, pace facta, ab Ioab perimitur. Codrus ultimus Athen. R. spontè mortem oppetit pro patria.

2986. Extremus Isbosetho annus, cuius mortem David ulciscitur, & æmulo sublato super universum Israel coronatur.

2987. David Syon expugnat, ibique Regni sedem figit.

2988. Superat bello Philisthæos David.

2989. In Regiam translaturus arcam, morte Ozan terretur.

2990. Religiosissimè saltans ante arcam videtur à Michol.
2991. Terminat Regnum & vitam Dercyllus Rex, succedit Eupales.
2992. Armatur in Moabitas David, eosque vincit.
2993. Profligat Adarazer Syriæ Regem.
2994. Idumæos feliciter debellat.
2995. Triumphatis hostibus summâ pace potitur, & Regno consulit.
2996. Contra jus gentium Legatos violatos ulciscitur.
2997. In Syros denuò movet David, eosque debellat.
2998. David fœdè labitur, & innocentem Uriam morti objicit.
2999. Exprobrat Davidi scelus Nathan, ille pœnitet. Eodem anno expugnat Rabbath, & cives durè perimit.
3000. Nascitur Salomon. Thamar à fratre vitiatur.
3002. Enecat fratrem Ammonem Absolon & fugit.
3003. Benè à plerisque huc referuntur, Smyrnæ & Cumarum hoc anno conditarum initia.
3005. Studio & operâ Joabi reconciliatur patri Absolon.
3007. Insigne illud Asiæ decus, Ephesus conditur.
3009. Regno deturbatur David à filio Absolone, verum hic victus eodem anno, hærens in quercu à Joab confoditur.
3011. Transmigratione Jonica celeber hic annus.
3013. Auctoritate & jussu David, Saulis posteritas tollitur.
3014. Movet in Philistæos, & 4. præliis debellat David.
3017. Æquissimâ Numinis irâ, pestilenti lue, peccatum Regis luit populus Israeliticus.

3020.

3020. Transfert Regnum in Salomonem David, & ungi jubet.
3021. Consumitur morte David, speculum SS. Regū.
3023. Incipit ædificationem Domus Domini Salomō.
3030. Dedicatur templū illatâ arcâ. Inchoatur Regia.
3039. Epula ante decennium mortuo Laosthones, qui successit, magnâ nunc nominis gloriâ celebratur. Homerus nascitur. Latinis præest Alba Sylvius VI. Rex.
3040. Nihil non molitur magnificum Salomon, & mirè celebratur.
3043. Excitat muros Jerusalem Salomon, cuius omne in gyro spatium, uti ait Joseph. 33. stadiis finiebatur.
3047. Benedictos Salomonis ministros dicit Regina Saba.
3048. Omnium sapientissimus insipientissimè errat & peccat.
3058. Tandem pœnituisse Salomonem, sunt qui opinentur.
3059. Consumitur morbo & morte Medicorum Magister Salomon.
3060. Insipientissimus filius sapientissimo patri succedit Roboam, contra quem, querelas ridentem, Jeroboam legitur.
3061. Dum bellum parat Roboam contra æmulum, à DEO prohibetur.
3062. Excidit gratiâ populi Jeroboam, Idololatriam commendans.
3063. Numinis veri cultum etiam Roboam deserit.
3064. Expilat Jerosolymam & templum Sesacus Ægypti Rex.

3073. Bellis atteruntur perpetuis Israelitæ. Moritur Laosthenes Assyr. Rex, succedit Pyritiades.

3076. Excedit è vivis Roboam post continua bella cum æmulo.

3077. Rex Abias, Roboami filius Jeroboamum profligat.

3079. Extinguitur Abias, succedit Asa filius.

3081. Vitam deserit Jeroboam impius, succedit Nadab filius.

3082. Occiditur Nadab. Asa verum DEI cultum revocat.

3083. Memorabili divinæ vindictæ exemplo Jeroboami stirps à Tyranno Baasa exscinditur.

3086. Jehu Propheta jussu Baasæ occiditur.

3090. Stringunt perpetuis odiis arma Asa & Basa R.R.

3094. Superat bello Æthiopes Asa.

3100. Inquietissimi Asa & Basa pergunt contendere.

3103. Terminum vitæ attingit Pyritiades Rex, succedit Ophratæus.

3105. Succedit Basæ mortuo Elas filius.

3106. Vitam eripit Elæ temulento Zambri, qui & ipse post septem dies, ab Amri obsessus, se cum aula exurit.

3112. Gravibus de causis, & incensâ maximè Regiâ, sedem Samariam transfert Amri.

3117. Vivere desinit Amri, succedente Achab f. impio.

2119. Achab cultum Baal inducit.

3120. Excedit vitâ Asa Rex, succedit Josaphat filius.

3123. Rex Assyriorum Ophratæus moritur, succedit Ophratenes.

3124. Elias claret. Josaphat Ataliam filio jungit.

3126.

3126. Variis prodigiis claret Elias, idololatriam profligat. Pseudoprophetas occidi jubet. pluviam impetrat.

3132. Silvius Tiberinus, à quo Tiberi nomen Latinis impetrat.

3134. Israelitæ Syros hoc & sequenti anno triumphãt.

3137. Naboth ob Vineam Regi negatam occiditur.

3138. Occumbit Achab, vulneratus in prælio, succedit Ochozias filius, hoc ipso anno, ut prædixerat Elias, mortuus.

3139. Debellantur Moabitæ, quo ipso anno Elias curru igneo raptus est. quæ quidem gesta Joramo fratre Ochoziæ regnante.

3143. Ætate centenario major Homerus defungitur. Ammonitæ mutuis vulneribus concidunt ad preces Josaphat.

3145. Regnat Joram, Josaphat patre mortuo.

3146. Vita exuit fratres suos multosque Principes impius Joram. Idumæi ab ipso deficiunt. fames ingens.

3148. Terrore divinitus incusso, fugantur Syri.

3150. Abit e vita Joram, succedit Ochozias. Naaman leprosus, jussus lavare ab Elisæo, curatur.

3151. Nihil turbulentius hoc anno: Jehu contra Joram ungitur, hic occiditur, ut & Ochozias. Jezabel è fenestra deturbatur.

3153. Toto orbe celeber Legumlator ille Lycurgus floret.

3157. Enecatur impia Atalia, Joas inauguratur, idola proscribuntur.

3166. Æmula illa Romæ Carthago à Didone conditur sive potius pridem condita, eidem affingitur, seu restauratur.

3173.

3173. In Regnum Assyr. Ocrazapes post Ophratenem evehitur.
3177. Templum restaurat Joas.
3178. Abripitur morte Jehu Rex Israel, succedit Joachaz filius.
3183. Referunt, nonnulli, scriptas nunc à Lycurgo Leges.
3184. Gratissimus DEO Pontifex Jojadas moritur.
3187. Oratus Idola permittere Joas, permittit, mox petitus bello à Rege Syriæ ipsum muneribus avertit.
3192. Mactatur Zacharias Idololatriam convellens.
3193. Ingenti clade à Syris afficitur Joas.
3194. Sapit nunc malo suo Joas, & Idola evertit.
3195. Sublato morte Joachas Regi Israel, succedit Joas filius.
3196. Joas Rex Juda occiditur. ulciscitur patrem Amasias filius.
3204. Transit ex hâc vitâ Elisæus Propheta.
3206. Reportat duplicem è Syris victoriam Joas.
3208. Obtritis bello Idumæis eorum Deos colit Amasias.
3210. Fortiter rem gerit Joas contra Amasiam, eoque capto, paulò post moritur, succedente Jeroboamo filio.
3212. Jeroboam multis præliis Syros vexat.
3215. Regnum Assyr. post Ocrazapem adit Sardanapalus.
3216. Obtinent veniam à Numine Ninivitæ pœnitentes.
3225. Tres Prophetæ clarent, Oseas, Amos & Esaias, Amasias occiditur, succedit Ozias.

3230. Adversum Philisthæos pugnans Ozias triumphat.
3231. Hoc anno Arabas & Ammonitas debellat.
3235. Premit bello Sardanapalum Arbaces, & ille obsessus cum Regia & concubinis se exurit, succedit Phules.
3245. Moritur Hesiodus, aliis florere dicitur.
3250. Ultione divina Ozias Rex lepra percutitur. Futura Captivitas denunciatur.
3251. Jeroboam Rex & Amos Propheta moriuntur. Interregnum.
3260. Rex Alban. Procas Sylvius moritur, succedit Amulius.
3263. Tandem Rex Israel Zacharias eligitur.
3264. Sellum Zachariam occidit ipse à Manahe post mensem occiditur. Alii nunc lepra percussum Oziam volunt.
3277. Isaiæ celebris illa visio obtigit.
3278. Notæ temporum deinceps certissimæ, Olympiadum initium. Moritur Phul Assyriorum Rex.
3279. Obtinet Regnum Teglat Phalazar, Israelitis inimicus.
3280. Memoria illustris Rheæ Sylviæ nunc Vestæ sacratæ.
3284. Æterno nomine Principis Romuli & Remi Natalis huic anno certius tribuitur, etsi alii aliter.
3290. Denunciat supremam populo cladem Michæas Propheta.
3293. Subtrahitur cladi Rex Jonathan, cui mortuo succedit Achaz filius.
3294. Israelitæ & Syri adversum Achaz insurgunt. Ephori primùm.

3295.

3295. Novum parantibus bellum hostibus, per Isaiam animatur Achaz, daturque Oraculum de Conceptu Virginis.

3296. Rasin interimit vastata Syria Assyrius. sed & Phacea ab Ozea interficitur, & hic imperat.

3297. Achaz punitur, ob impietatem datus in prædam.

3302. Conditæ Romæ Natalis annus, die 21. Aprilis, quâ & Remus occisus, & Numa Pompilius natus est.

3303. Instituit Reip. formam Romulus, à suis Rex salutatus.

3305. Debellat Cæninensium Regem Acronem, & Cæninam evertit, ac primus triumphat, quo anno Sabinæ raptæ.

3306. Nunc per mulieres Sabinense bellum compositum.

3309 Vivere desinit impius Achaz, cui filius verè pius succedit Ezechias. Obiit item Teglat Phalazar Rex Assyriorum.

3310. Memorabilem è Philisthæis triumphum refert Ezechias. Salmanassar fit Rex Assyriorum.

3312. Oseam R. rebellem bello petit Salmanasar.

3314. Gravi bello Samariam opprimit, & Oseam capit Salmanasar, captus tunc & Tobias. T. Tatius Romuli Collega occiditur.

3317. Vincit Camerinos Romulus.

3318. Fortiter gestis clarissimus moritur Salmanasar, succedit Sennaherib.

3321. Ob insolentius Senacheribi Imperium, an alias causas, deficit Ezechias Rex ab Assyriis.

3322. Rege Senacherib bellum parante, territus Ezechias.

chias veniam pecuniâ emit. ægrotans mirè curatur. Veientes à Romulo triumphantur.

3323. Profligat bello Æthyopes & Ægyptios Sennacherib.

3324. Occidit Angelus in castris Senacherib 185000. Rex paulò post moritur, succedit Assarhaddon. Ezechias ostendens thesauros Legatis Ægyptiis DEUM offendit, & pœna prædicitur.

3326. Laudatur Tobiæ in defunctos pietas. Nascitur Manasses.

3330. Vicennalis belli Mecenici contra Lacedæmonios finis.

3333. Consummatio Regni Assyriorum, eo ad Medos translato, & in Babyloniam per Regem Merodacum.

3335. Ætate gravis Tobias, mirè lumen recipit.

3337. Sanctus Rex Ezechias moritur, succedit Manasses filius.

3338. E vivis excedit Romulus Nonis Julii. Interregnum.

3340. Occiditur Esaias. invalescit Idololatria sub impio Manasse. Numa Pompilii fil. R. Rom. creatur.

3341. Numa Remp. componit, & Sacra instituit.

3343. Nummi primùm à Numa signati & dicti; ex ære, dein pelle pecudum, unde pecunia, sed & scortei, lignei & testacei.

3344. Abducit captivum Manassen Merodach Rex Babylonis.

3345. Superat bello Arphaxad Medorum Regem Merodacus. Manasses Regno restituitur & convertitur. Primus Romæ Pontifex creatur Numa Marcius.

3346.

3346. Judith Holofernem occidit, & huius exercitus funditur.

3347. Totus in fundanda Sacris Roma Numa est, & hoc anno Ancilia Sacra instituit.

3366. Archilochus Poeta claret.

3370. Tota Reip. forma mutatur Athenis. Archontes novem imperant.

3375. Ætate gloriosè exacta moritur Rex Merodach sive Nabuchodonosor, succedit Ben-Merodach 1. filius Merod.

3377. Obiit sanctè Tobias ille Senior.

3378. Merodach Junior rem fortiter agit. Carnia Apollinea apud Heraclidas instituta.

3382. Inter vivos desinit Numa, succedit Tullus Hostilius.

3385. Confligunt Argivi cum Lacedæmoniis, & superant. Bellum Albanum celebre.

3387. Exscinditur Alba, & post Albanos, Fidenates debellantur. Metius quadrigis distrahitur.

3389. Devicti Fidenates, sequenti anno Sabini victi, nunc petiti.

3392. Obiit Manasses Rex, succedit Ammon filius.

3394. Trucidatur à domesticis Amon Rex impius.

3395. Regnum capessit Josias filius. Sophonias claret.

3401. A Romanis domiti Sabini. Bellum Latinum cœpit.

3406. Veri Numinis cultum reducit Rex Josias.

3407. Querelæ & Lamentationes Jeremiæ nunc editæ. Ben. Merodach obiit, succ. Nabolassar filius.

3410. Obiit Tobias Junior. Idololatria proscribitur.

3411. Terras ortu suo beat Propheta Ezechiel.

3412. Ab Josia restauratur templum, renovatio fœde-

ris

ris celebratur. quo ipso anno Sacer liber inventus est.

3414. Nascitur Thales Milesius. Tullus Hostilius Rex Rom. fulmine perit, succedit Ancus Martius.

3416. In Latinos movet, & triumphat Marcius.

3418. Triumphatrix Holofernis Juditha moritur.

3423. Superat Latinos, & mox Fidenates & Sabinos Marcius.

3425. Eligitur contra fratrem Joachimum Joachaz, patre Josia in bello cæso.

3426. Daniel Propheta nascitur. Joachaz capitur à Pharaone, succedit Joachim frater impius.

3427. In Veientes signa infert, & vincit Rex Marcius.

3428. Nabuchodonosor capit Jerusalem & Joachim Regem.

3429. Joachim solvitur datis obsidibus Daniele & Sociis.

3430. Magnus ille Legumlator Draco, & Baruch clarent.

3433. Odiosus Numini impius Joachim à Nabuch. deficit.

3436. Datâ fide se permittens Nabuchodonosori Joachimus occiditur, sed & Jechonias filius paulò post & ipse Babylonem captivus ducitur, & à populo Sedecias Rex salutatur.

3438. Ætate gloriose exacta moritur Ancus Marcius. Susanna malè damnata, per Danielē liberatur.

3439. Eligitur Tarquinius Priscus Rex Rom. Sedecias abit Babylonem.

3440. Notantur hoc anno Ezechielis visiones. Latinos profligat Tarquinius.

3442. Inducias flagitant Sabini coacti à Tarquinio.

3444.

3444. Vivere incipit Anaximander. Bellum Tuscanū.
3446. Turbatissimus annus, Jerosolymis & Sedecia captis, urbe & templo sequenti anno etiam incensis.
3448. Extinguitur Jeremias Propheta lapidibus obrutus.
3450. Obiit in carcere Rex Sedecias.
3451. Nabuchodonosor Ægyptios, Æthyopes, Arabes & Philisthæos bello domat.
3452. Item Ælamitas, Medos, aliosque Aquilonares subjugat, & Niniven expugnat.
3453. Sabinos triumphat Tarquinius. Somnium Nabuchodonosori à Daniele explicatur.
3454. Annus Darii Regis Natalis celebratur.
3456. Conservantur illæsi in fornace tres pueri.
3458. Ærumnis & cladibus victi Sabini pacem flagitant.
3459. Liberatus exterorum hostium metu Tarquinius Urbē munit. Astyages imperat. Cyrus nascitur
3460. Leges Draconis tollit, novas condit Solon Princeps Athen.
3462. Ezechiel moritur. Nabuchodonosor Tyrum premit.
3463. Contigit Somnium Nabuchodonosoris de arbore.
3465. Orbis spectaculum Nabuchodonosor, è Monarcha hominum abjectissimus, bestiæ agri assimilatur.
3470. Trita Solonis, ut pia fraus, cum simulata insania Salaminam expugnandam suaderet & expugnaret.
3472. Ad Regnum denuò evehitur Nabuchudonosor,

sor, & paulò post moriens salvatur, succedit Evilmerodacus.

3473. Nil læditur à leonibus Daniel septem diebus in lacu tentus.

3476. Malè luit optimus Princeps Tarquinius præclarè gesta; à conjuratis occisus.

3477. Urbi consulit & Regno, Rex designatus Servius Tullius.

3482. Claret Anacreon Poeta. Vivit item Phalaris Tyrannus.

3483. Adversum Etruscos pugnat Tullus & vincit.

3484. Lepidissimum illud caput Æsopus celebratur. Pittacus unus è septem Sapientibus moritur.

3488 Bona civium pace abusus Pisistratus Tyrannidem Athenis invadit.

3389. Vitam deserit Solon, Legibus conditis celeber.

3491. Submovetur Principatu Pisistratus & ejicitur.

3493. Dejecto Astyage Regnum Cyrus occupat.

3494. A Sororio occiditur Evilmerodacus R. succedit Balthasar. Cyrus Persis, Darius Medis imperat.

3495. Ætatem omnem prævidendo transgressus Daniel visione quatuor Bestiarum fruitur.

3496. Locupletissimus ille Crœsus floret. Pisistratus Tyrannidem recipit.

3499. Lucem hanc primùm intuetur Zorobabel filius Salathielis.

3501. Ejicitur denuò Athenis Pisistratus.

3506. Confligens cum Persis Crœsus capitur. Lacedæmonii Spartanos vincunt.

3510. Movet in Asiam Cyrus, eamque subjicit. Iterum potitur Athenis Pisistratus.

3514.

3514. Vincit Chaldæos Cyrus ope Darii. Xenophanes & Pythagoras florent.

3515. Rex Cyrus Babylonem obsidet. Judæi ad ipsum deficiunt.

3516. Expugnat Babylonem, cuius muri erant 360. stadiorum latitudo 87. pedum, altit. 50. Orgyarum, Daniel iterum servatur in lacu. Darius convertitur, & paulò post moritur.

3517. Imperat primus Persis Monarcha Cyrus, & Judæos libertate donat.

3518. Dux populi DEI Zorobabel templum fundat.

3519. Oculatissimus ille Daniel postremam visionem habet. Gabriel aliquot Reges & Alexandrum Magnum prænunciat.

3520. Vincit Lydos Cyrus. Tarquinius generi & filiæ scelere perit. hæc carpento patris cadaver obterit.

3521. Potitur Regno Tarquinius Superbus. Theognis floret.

3522. In Junios sævit Tarquinius. Polycrates Samiorum Tyrannus & Milo Crotoniates clarent.

3523. Cyrus in Scythas movens vincitur & occiditur, cuius caput in sanguine mergit Tomyris Regina.

3524. Ædificationem templi Judæis prohibet Cambyses Cyri filius, idem Asverus & Xerxes dictus, Sabini victi.

3525. Rursus Sabinos debellat Tarquinius & Capitolium struit.

3526. Psammenitus patri in Regno Ægypti succedit, quod spe devorat Cambyses.

3527.

3527. Mirè ſævit in familiam Regiam Cambyſes, & Pſammenitum Regno exuit.
3528. Victorias proſequitur. Æthyopes bello tentat. Apim pro Numine habitum ſuâ manu obtruncat.
3529. Idem fratrem & ſororem occidit, quam paulò ante uxorem duxerat.
3531. Suo gladio dum equum inſilit, perit, ſuccedit Smerdis.
3532. Nunc Darius imperat, Smerde interempto, dictus Hyſtaſpis. Claret Simonides Poeta.
3533. Exſtruitur denuò templum Jeroſol. Sext Tarquinius patri Gabinos ſtratagemate ſubjicit.
3534. Memorabili Zopyri ſtratagemate Babylon à Dario capitur.
3535. Obiit Daniel Propheta, Bellum Scythicum paratur.
3536. Malè mulctatus domum redit è Scythia Darius, amiſſis ſuorum 90000.
3537. Inſigni pompa dedicatur templum, à Zorobabele ſtructum.
3539. Renunciant obſequium Perſis Jones & Athenienſes.
3542. Perſæ debellant & ſubigunt Iones.
3545. Oppreſſa à Tarquinii filio Lucretia ſeipſam perimit. Rex dejicitur. Primi Conſules deliguntur Iun. Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.
3546. Laborat pro regno recuperando Tarquinius. Brutus congreſſus ſingulari certamine occumbit.
3547. Urbi bellum indicit pro Tarquinio Rex Porſena. Mardonius rem fortiter agit.
3548. Mirè celebratur virtus Horatii Coclitis & Mutii Scevolæ.

3550.

3550. Æquiore fortuna semper ferè usi Romani Sabinos bello domant.

3551. Ausos denuò congredi Sabinos triumphant.

3552. Iterum fortunam tentantes feliciter opprimunt.

3553. Nunc denique profligati ad Cures Sabini dant manus.

3554. Motus Servilis comprimitur. Latini deficiunt. Anaxagoras claret. Nascitur Zorobabeli Abiad.

3555. Opprimitur Romæ conjuratio. Fidenates rebellant.

3557. Rebelles Fidenates bello & fame domiti. Exardescit bellum Latinum. Primus Dictator creatur T. Largius.

3558. Extingui visum bellum Latinum. Saturnalia instituta.

3559. Posthumius Dictator eligitur, & bellum Latinum prosequitur. Moritur exul Tarquinius ultimus Rex Rom.

3560. Servilius & Posthumius Volscos domant. Pythagoras obiit.

3561. Insignis prima Plebis successione annus.

3562. Romæ primi Tribuni plebis creati. Pugna Marathonia memorabili clade cæsi ab Atheniensibus Persæ.

3563. Tyrannidem Siciliæ Gelon invadit. Miltiades Atheniensium Dux moritur.

3566. A Persis deficiunt Ægyptii. Coriolanus bello petit Romanos.

3567. Precibus matris placatur Coriolanus, & à Volscis occiditur. Moriuntur Zorobabel & Darius Hystaspis R.

3568.

3568. Succedit in Regno Persarum Xerxes. Claret Epicharmus. Vltimi Prophetæ Zacharias & Haggæus moriuntur.

3569. Instituit Legem Agrariam Cassius. Nascitur Sophonias.

3570. Legislator novus, Cassius ambitus damnatus è rupe præcipitatur.

3571. Ingrati Athenienses Aristidem expellunt. Nascitur Herodotus.

3573. Bello liber Xerxes, Isthmum montis Athos perfodit, Hellesponcum ponte jungit, eoq; rupto mare flagellat.

3574. Ad Thermopylas, Artemisium, & Salaminam pugnatum. hic vincitur à Themistocle Xerxes cum antea Athenas cœpisset. Nascitur Euripides Poeta.

3575. Rursus pugnatum ad Platæas & Mycalen. eâdem die victi à Græcis Persæ, & occisus Mardonius.

3576. Invitis Lacedæmoniis Athenas reparat Themistocles.

3577. Movent in Veientes Romani & triumphant.

3578. Deposcentes sibi bellum Hetruscum 306. Fabii occumbunt.

3579. Athenienses mari imperant. Hetrusci subiguntur.

3581. Oppressi ab Japygibus Tarentini. Veientes à Rom. victi.

3585. Summis meritis ingratissimi Athenienses Themistoclem Ostracismo ejiciunt. Natus Thucidides.

3584. Superati à Cymone Persæ ad Dorimedontem.

3585. Eminet inter illustres Sophocles. nascitur Socrates.

3487. Reip. proditor convictus Pausanias fame perit.

3589. Gravissimo scelere Xerxem occidens Arrabanus, dum etiam Artaxerxi filio necem molitur, ipse occiditur.

3590. Superat denuò Persas Athen. Dux Cimon.

3591. Nova defectione à Persis desciscunt Ægyptii.

3591. Æqui à Romanis triumphantur.

3592. Artaxerxes solemni convivio Vasthi Reginam repudiat. Bello petuntur Ægyptii. Roma peste laborat.

3593. Regina deligitur Hester. Themistocles voluntaria morte perit, nolens contra patriam pugnare.

3594. Turbatur seditione Roma. Victi à Corinthiis Athenienses. Persæ Ægyptios subiugant.

3595. Servi Capitolium occupant, quod recipitur. Esdras quæ vult à Rege Artaxerxe impetrat.

3596. Usi fortuna Persæ Ægyptum, & quæ Athenienses eripuerant recipiunt. Esdræ profectio Ierosol. celebratur.

3597. Bello subactis hostibus Cincinnatus sponte Dictaturam ponit. Mardochæus conjurationem prodit. Romani per Legatos Legum formulas ab Atheniensibus petunt.

3598. Invalescit Romæ potestas Tribunitia.

3600. Triumphati à Sicinnio Æqui, magna Coss. invidia.

3601. Volens perdere Iudæos Aman ipse suspenditur.

3602. Tanto periculo liberati illi festum agunt, mactantur hostes.

3604. Romæ novem Decemvirorum Magistratus eligitur.

3605. Insignem cladem à Bœotiis accipiunt Athenienses.
3606. Virginius filiam interficit. Decemviratus antiquatur. Pericles celebratur.
3607. Triumphum ex Eubœa refert Pericles, eamque subjicit.
3608. Ex hostibus amici fiunt Spartani & Athenienses.
3609. Advenit Jerosolymam Neemias & murum struit.
3610. Insignis nunc habetur Protagorati Abderites.
3611. Tribuni Consulari potestate creantur.
3612. Armis domiti Volsci. Primi Romæ Censores creati.
3614. Reprimit Samios Pericles, qui iterum deficiunt.
3615. Gravis tumultus Romæ. Pericles Samum expugnat.
3616. Melius Spurius Tyrannidem affectans à Cincinnato ad Dictaturam ab aratro vocato occiditur. Bellum Corcyræum.
3617. Ex Corinthiis insignem referunt victoriam Corcyræi. Fidenates à Romanis deficiunt.
3618. Notatur hic annus à multis Tolumnii Vejentum Regis clade & morte. Democritus, Empedocles & Hippocrates clarent.
3619. Memorabili victoria superati à Corcyræis Corinthii.
3622. Obtinent triumphum ad Potidæam Athenienses.
3623. Memorabile illud Bellum Peloponesiacum inchoatur, durans 27. annis inter Athenienses & Lacedæmonios.

3624. Enervat plurimas provincias pestis Attica, in qua hominibus, brachia, pedes, &c. deciderunt.
3625. Terminus vitæ Periclis, ortus Platonis.
3627. Atheniensibus Mitylenæi, Plateenses Lacedæmoniis deditionem faciunt.
3629. Terrent Romanos facibus Fidenates, mox victi. Cladem magnam accipiunt Spartani ad Pylum.
3630. Ætate gloriosè exacta moritur Artaxerxes, succedit Xerxes filius, qui à Sogdiano fratre notho, hic post 6. menses à Dario occiditur, hic imperat.
3633. Omissis nunc odiis pacem ineunt Lacedæmonii & Athenienses.
3634. Lacedæmoniis graviter offensis, pax iterum turbatur.
3636. Vincunt Argivos Spartani, & pax sancitur.
3637. Conterit bello Lauicanos Q. Servilius Priscus Dictator.
3639. Armis Siculi petuntur ab Atheniensibus.
3641. Romani Volanos bello triumphant.
3642. Injuriis offensus Alcibiades ad Persas transit, sed reconciliatur civibus.
3645. Magnâ clade Siculos afficit Hannibal cum 100000.
3647. Expugnatur Bizantium Athen. Pylum Spartani.
3648. Tyrannidem Syracusis invadit Dionysius. Alcibiades cum plausu revocatus, mox exauctoratur. Sophocles & Euripides moriuntur.
3649. Athenas capit Lysander. Moritur Darius Nothus Rex Persarum.
3650. Triginta Tyranni à Lysandro constituti. quo ipso anno occisus Alcibiades, Artaxerxes Memnon imperat.

3652. Ægrè ferentes tot Tyrannorum gubernatione, triginta nuper constitutos è medio tollunt.
3653. In fratrem nova moliens Cyrus, ab ipso occiditur.
3657. Naturæ concedit Agis Rex Lacedæm. succedit Agesilaus.
3658. Messanam capiunt Carthaginenses. Lysander ad Haliartum interficitur. Phocenses Bœotiis bellum inferunt.
3659. Omnia bello ardent. Victi ad Cnidum Lacedæmonii. Pugna ad Coronæam. Bellum Corinthiacum septuenne cœpit. Vejorum Urbem Romani capiunt.
3660. Territi fortunâ Romanorum Capenates pacem obtinent.
3661. Excellit nunc Camillus. Amyntas Alex. Magn. avus regnat.
3662. Architas Tarent. claret. Camillus Faliscos subjugat.
3663. Laudatur nunc plurimum Teleutias Dux Spartanus.
3664. Laborat bello Cyprus in Evagoram parato. Obiit Thrasybulus.
3665. Expugnatur à Gallis Roma, quos Camillus ejicit.
3666. Nitet denuò Roma magnis sumptibus restaurata. Volsci, Hetrusci & Æqui à Camillo cæsi.
3669. Ex Victoria Victoriam nectit Camillus, hostes profligat.
3670. Territi vicini pacem quærunt. Nascitur Aristoteles.

3673. Movent in Veliternos & Prænestinos Romani & domant: Nascitur Oratorum Princeps Demosthenes.

3674. Vincit iterum hostes Urbis Camillus.

3675. Rex Mausolus moritur, & ab Artemisia Mausolæo honoratur. Q. Cincinnatus Dictator creatur & triumphat hostes.

3676. Obtinent illustrem victoriam Athenienses ad Naxum de Laced.

3677. Grave bellum in Thebanos Spartani parant.

3678. Occiditur Phœbidas à Thebanis.

3679. Loco potiore nunc Romæ Tribuni plebis præ tribunis militum.

3682. Obiit proditoriè peremptus Jason Thessalus. Græciæ civitates hortatore, Artaxerxe pacem ineunt.

3683. Extremus hic annus Anarchiæ Romanæ est. Pugna Leuctrica, quâ Cleombrotus Rex periit.

3684. Hic annus Amintæ supremus, succedit Alexander patruus Magni.

3685. Tribuni plebis Consulatum plebeium urgent.

3686. Concludit vitam Dionysius Siculus.

3687. Nunc cæsi in Albano agro à Romanis Galli.

3688. In plebeios derivatur Consulatus. Primus fit L. Sex. Lateranus.

3689. Hic annus Artaxerxi supremus, succedit Artax. Ochus cognom. Perdiccas occiso fratre Ptolomæo imperat Macedoniæ.

3690. Epaminondas claret. Ludi Scenici Romæ inst. Obiit Camillus.

3692. Deficit Asia à Persis. Curtius pro patria moritur.

3693.

3693. Occumbit Perdiccas contra Illyrios, Manlii gloria & Torquati cognomentum.

3694. Conſcendit ſolium Regni Philippus, pater Alexandri M. Xenophon moritur, Tyburtes bello domantur.

3695. Illyricum bellum parat, & Athenas ſibi devincit Philippus.

3696. Hoc anno Illyricum ſubjicit, & Amphipolim capit.

3698. Parmenio Dardanos vincit. Alexander M naſcitur.

3699. Obit magna gloria Principis munus Rex Philippus, & multas Urbes occupat. Sacrum bellum cœpit, per 9. annos.

3700. Superantur bello Tiburtes & Tarquinienſes.

3701. Onomarchus Philippum vincit, mox victus cruci affigitur.

3702. Laus orbis Ariſtoteles. Phocenſes bello pe[illegible] Philippus.

3703. Inſignem cladem à Perſis accipiunt Sidonii.

3704. Hoc anno contigit bellum Perſarum Cyprium.

3705. Philippus Olinthiis bellum infert.

3706. Juvat M. Valerium cum Gallo Monomachia certantem Corvus, inde cogn. Corvini. Plato moritur, Divinus appellatus, etſi ingratiſſimus diſcipulus Ariſtoteles eius honori detraheret.

3708. Ruinâ gravi Phocenſium, bellum ſacrum finitur.

3710. Opprimit Tyrannos Philippus, & ſubigit Illyrios.

3711. Ter victi Samnites. Philipp. Ariſtotelem evocat.

3712. Conficitur veneno Ochus Rex Persiæ, succedit Arses.

3714. Obsidet Perinthum & Bizantium Philippus. Romani Latinos vincunt.

3715. Demosthenes claret. Speusippus moritur, succedit Xenocrates. Manlius filium occidit injussu pugnantem. Arses occiditur.

3716. Obterit memorabili prælio ad Chæronæam Thebanos & Athenienses Philippus. Darius Persis imperat. Latini victi.

3717. Rex Philippus nunc Græciæ Monarcha parat arma in Persas. Minutia Vestalis damnatur.

3718. Totius Persiæ Imperium sibi promittentem Philippum interficit Pausanias, succedit Alexander Magnus.

3719. Sicidini victi à Romanis. Thebas delet Alexander captis 30000. Aristoteles Athenas migrat.

3720. In Persas Alexander movet, eosque ad Granicum superat.

3721. Gravi prælio ad Issum Darium vincit. humanitas in familiam Regiam laudatur. Damascum occupat.

3722. Alexander Tyro capta Jerosolymam occurrit, & veneratus summum Pont. DEO Israel sacrificat.

3723. Monarchiam, victo Dario & à Bessa occiso, ad Græcos transfert, quo ipso anno Alexandriam condit.

3724. Monarcha nunc Alexander victricia signa promovet.

3725. Victor tot gentium, in Hircania mollescit. Parmenio occiditur. Galli tumultuantur.

3726.

3726. Interficitur Bessus. Signa ad Caucasum promota.
3727. Traducit in Indiam exercitum. Nicæam & Bucephalam condit.
3728. Rex Porus ab Alexandro victus capitur.
3729. Alexander victis Cossæis Babylonem revertitur.
3730. Immaturè moritur tantus Rex æt. 32. succedit Aridæus frater in Macedonia, in Ægypto Ptolomæus Lagi. Antipater vincit Athenienses.
3731. Nunc Athenis profugiunt Aristoteles & Demosthenes. De Monarchia Perdicca & alii contendunt.
3732. Naturæ concedunt Aristoteles & Demosthenes. Summo splendore curatur funus Alexandri. Perdicca occiditur. Samnites victi.
3733. Extraordinaria fortuna Samnites Romanos profligant.
3734. Confligunt denuò Romani & Samnites subjugant.
3735. Excedit Antipater. Primus in Asia regnat Antigonus. Ferentani & Satricani à Rom. victi.
3736. Damnatur indignè Phocion de Athenis optime meritus, in gratiam Cassandri, qui modò invadit Græciam.
3737. Enecatur Arideus Rex ab Olympiade captus. Agathocles Syracusis regnat.
3738. Succedit apud Macedones Cassander & Olympiadem persequitur. Diluvium Rhodium celebratur.
3739. Occiditur Eumenes ab Antigono victus, & Seleucus ab eodem Babylone privatur.
3740. Expugnat diversa loca Antigonus & Ducas triumphat.

3742. Reges Demetrius, Seleucus & Ptolomæus bello certant.

3743. Via Appia per App. Cl. Cens. & Aquæ ductus facti. Paciscuntur Alexandri successores: Cassandro Europa, Lysimacho Thracia, Ptolomæo, Ægyptus, Seleuco Syria, Antigono Asia cedit.

3744. Antigonum denuo bello petit Ptolomæus. Prælium ad Sutrium ingens, quo Etrusci à Romanis victi.

3745. Languet & tremit conspecta Alexandri imagine scelerum conscientia Cassander, qui filios illius peremerat.

3746. Ausi Romanos bello aggredi Umbri triumphantur.

3747. Confligit cum Ptolomæo Demetrius & vincit. Victi Samnites.

3748. Congressus similiter cum Ptolomæo Antigonus vincitur.

3749. A Rhodiis, quos bello tentârat Demetrius, repellitur.

3750. Belli Samnitici finis. Æqui à Rom. domiti, & 40. oppida brevi capta.

3751. Insigniter demeretur Athenas Demetrius, & à Cassandro liberat.

3752. Nunc jussu Antigoni arma ponunt Cassander & Demetrius. Mythridates Senior occiditur.

3753. Nobilissima Urbs Antiochia è Seleuco conditur. Romani infeliciter pugnant cum Etruscis, mox suos ulciscuntur.

3754. Extrema Regum odia novis affinitatibus sopiuntur. Impurissimus ille Philosophus Arcesilaus vivit.

3755.

3755. Cassander morbo intercute, & tota eius familia pessimis modis perit. Demetrius Athenas occupat. Spartanos vincit.

3756. Etrusci & Samnites bello petuntur à Romanis.

3757. Debellati hoc anno Samnites, sed & Apuli.

3758. Nihil inquietius Samnitibus, qui iterum gravi clade cæsi, ut & Hetrusci. Demetrius Samariã vastat.

3759. Insignis victoria ad Clusium è Gallis relata Decio se pro Rep. devovente. Victi etiam Samnites Alexander Cassandri filius dum necem Demetrio molitur, ab hoc occiditur, & hic fit Rex Maced.

3760. Varia fortuna cum Samnitibus bellum geritur.

3761. Quod minimè conquiescerent Samnites, magnis conatibus petit; à Papyrio Cursore cæsis 30000. profligantur.

3762. Occisi generi dat pœnas Lysimachus, victus & occisus. Samnites iterum congressi vincunt, mox cæsi ad 20000.

3763. Mortalitas Urbem affligit, inde Æsculapius Romam deportatus.

3764. In Samnites & Sabinos movet M. Curius & triumphat.

3765. Succedit in Regnum Macedoniæ Pyrrhus, quod Demetrius amisit.

3766. Suscipit bellum in Pyrrhum Lysimachus, & ipsum ejicit. Viri Capitales Romæ creati. Theophrastus Peripat. moritur, succedit Strato.

3767. In potestatem Seleuci concedit malè pugnans Demetrius.

3768. Tertia secessio plebis in Janiculum. Ptolom. Philad. cum patre regnat.

3769. Vitam deserit Ptolomæus Lagi filius.

3770. Lysimachus ultima pugna successorum Alexandri, occiditur. Polybii historia incipit. Ptolomæus Philad. solus post patrem.

3771. Occiditur à Ptolomæo Ceranno, Seleucus Nicanor. Galli à Romanis profligantur.

3772. Suboritur bellum celebre Tarentinum. Aratus claret.

3773. Benè & fortiter rem agit contra Tarentinos Æmilius.

3774. Antigonus Gonatas Macedoniam occupat. Pyrrhus adest Tarentinis.

3775. Obtinet Appius Cl. cæcus, ne pax cum Pyrrho fieret. Certatum proin & 5000. Romanorum, 20000. Pyrrho cæsa sunt.

3776. Delphos aggressi Galli cæduntur. Transfugam Pyrrhi necem promittentem, Pyrrho remittit Fabricius Cos.

3777. Expugnat Crotonem Rufinus Cos. Pyrrhus Siciliam occupat.

3778. Nascitur Erathostenes. Pyrrhus à Pœnis superatur.

3779. A Romanis victus Pyrrhus in Macedoniam movet.

3780. Gratiam Romanorum exambit & meretur Ptolomæus Philadelphus.

3782. Romanis magna pars cedit Italiæ, Tarentinis nunc ultimum victis. Pyrrhus injecta tegula occiditur.

3783. Obsidetur Rhegium. Epicurus Philosophus moritur.

3784.

3784. Occupat hunc annum Bellum Gonatæ cum Spartanis & Athen.

3785. Totus in idem bellum incumbit Gonatas. Romæ primùm nummus argenteus cusus.

3786. Cruentissimo prælio Picentes subigunt Romani. Gonatas Athenis potitur, civibus se dedentibus.

3787. Excedit Regno Macedoniæ Antigonus, quod paulò post Demetrius filius recuperat.

3788. Fortiter rem agunt contra Salentinos Romani. Pestilens luens Romæ grassatur.

3789. Æquiore rursum fortunâ usi Volsinios bis cædunt Rom.

3790. Romani & Carthaginenses collisi. initium belli Punici.

3791. Punicum bellum fervet. Romani Agrigentum capiunt.

3792. Inter vivos esse desinit Antiochus Soter, succedit Antiochus cognomento Deus.

3793. Claret Hamilcar. Sicilia inter Pœnos & Rom. divisa.

3794. Insignem mari victoriam ex Hannibale refert Duillius.

3795. Succedit feliciter Romanis in Sicilia, Corsica & Sardinia.

3796. Victus à Rom. Hannibal Senior, à suis lapidatur.

3797. Manus conserunt Pœni & Rom. pari periculo & clade.

3798. Illustrem è Pœnis triumphũ referunt Romani.

3799. Romanis infestus annus, quorum 30000. profligat Xantippus, qui Pœnis aderat, sed & 284. naves tempestate mersæ.

3800.

3800. Opportunè nova Rom. classis, Hasdrubalis conatus impedit.
3801. Hoc item anno 150. naves tempestate Romani perdunt.
3802. Coactæ Romanis se dedunt Thermæ & Liparæ.
3803. Occumbit indigna morte Regulus dolio à Pœnis inclusus &c. Hasdrubal victus, à Pœnis in crucem agitur.
3804. Hoc anno Parthici Regni initia à nonnullis ponuntur.
3805. Pœni grandi clade Romanos profligant.
3806. Occurrit & aliud malum Romanis, classe iterum tempestate mersa, inde mari abstinere decernunt.
3807. Seleucus Antiocho mortuo succedit. Amilcar Romanos fatigat. Nascitur Annibal Amilcaris filius.
3808. Obiit Ptol. Philadelphus, cui succedit Pt. Evergetes filius. Amilcar Erycem capit.
3809. Laborat bello Oriens. Parthi à Callinico deficiunt. Plurium opinione nunc primùm Parthis imperat Arsaces.
3810. In Callinicum movet Evergetes, belloque superat.
3811. Hoc tempus præclarè gestis illustrat Aratus Sycyonius.
3812. Pugna ad Ægates & belli Punici primi finis, victis Carthaginensibus. Evergetes iterum bello superior.
3813. In Africa præliatur Amilcar. Romani Faliscos vincunt.
3814. Notatur Attali in minore Asia Regno hic annus.

3815. Nihil bellorum Romanis, quod vix aliàs, hoc tempore.
3816. E Lybia confecto bello in Hispaniam movet Amilcar. Romani à Gallis cæsi, præclarè se ulciscuntur.
3818. Celebrantur Romæ Ludi Tertii Seculares.
3819. Edomiti bello Sardi & Jani porta clausa.
3820. Domantur Sardi, Cordi & Ligures. Antigonus fit Rex Maced.
3821. Romani Carthaginenses hostes judicant, quod Sardos denuò & Ligures concitassent. Cato Major nascitur.
3822. Ortos per Macedoniam motus reprimit Antigonus. Moritur Lycon.
3823. Vincit Corsos, & triumphat in Albano monte Papyrius.
3824. Transit è vivis Amilcar, succedit Hasdrubal.
3825. Ad obsequium reducti gravi bello Illyrici.
3826. Venit in deditionem Evergetis Antiochus. Romani missis Legatis amicitiam cum Græcis ineunt.
3827. Quietus Rom. Reip. Status, obiit Calinicus Asiæ Rex, succedit Seleucus Ceraunus filius.
3828. Institutum nefarium Romæ Sacrificium, quo duo Græci totidemque Galli vivi defodi jussi sunt.
4829. Nascitur bellum Gallicum, quo multa millia periere.
3830. Notatur hic annus Antiochi Magni initiis. Cleomenes Achæos superat. Galli Insubres cæsi, Boji subacti.
3831. Expetit & accipit auxilia à Ptolomæo Cleomenes

...nes. Antigonus de Græcis triumphat. Insubres victi.

3832. Cleomenes vincitur ab Antigono. Finitur bellum Gallicum, insigni Marcelli de Gallis victoria.

3833. Evergetes moritur, succedit Ptolom. Philopater. Moritur Hasdrubal, succ. Hannibal Junior.

3834. Demetrii filius Philippus Antigono Tutore mortuo regnat.

3835. Expugnat Saguntum Hannibal, Antiochus Molonem Satrapam rebellem domat.

3836. Romani bellum secundum Punicum suscipiunt; quos ad Ticinum & Trebiam Hannibal profligat, durat bellum annis 17. Antiochus & Ptolomæus bellum Syriacum ordiuntur.

3837. Tantâ contentione ad Thrasimenum pugnatum, ut Urbes concidere putarentur. cæsa Romanorum 25000.

3838. Insignis Hannibalis ad Cannas victoria, cæsis Rom. 40. vel 44. millibus, quo ipso anno ipse ad Nolam vincitur.

3839. Rem fortiter agunt Scipiones victo Asdrubale. Philopater vexans Judæos ab Angelo deterretur.

3840. Obsidentur Syracusani rebelles, à Rom. defendente Archimede. Romani ad Mundam victores.

3841. Tantum Consulatus muneri defert Fabius, ut filio Cos, de via cedens equo desiliret. Arpinates reconciliati.

3842. Annibal variis cladibus afficit Romanos. Duo Scipiones contra Asdrubalem cadunt. Marcellus

lus Syracusas capit. occiditur tunc Archimedes de pulvere sollicitus.

3843. Rem fortiter agit contra Pœnos post patrem & patruum occisos Scipio Africanus. Annibal ad Avienen subsistit.

3855. Oppugnat expugnatque Novam Carthaginem Scipio.

3845. Illustrem victoriam ex Hasdrubale refert Scipio. Marcellus ab Hannibale victus, paulò post vincit. Tarentum à Q. Fabio proditione captū.

3846. Notissima orbi ad Venusium pugna, Marcellus & Crispinus Coss. occumbunt, illum splendidè Hannibal sepelit. Iesus Syrach librum suum scribit.

3847. Nero Cos Hasdrubalem vincit 56. millibus, & ipso Duce. Romani primùm usi auro signato.

3848. Etiam post cladem miraculo Romanis virtus Hannibalis, quem irritare cavent. Brutii & Lucani domiti.

3849. Designatur primùm Consul Scipio Africanus.

3850. Origo Ludorum Megalensium celebratur.

3851. Victoribus metuendus Hannibal 17. belli anno Italiam deserit. Siphax Numidiæ Rex à Scipione captus.

3852. Decedentis Annibalis copias assequutus Scipio, ultimum profligat. Q. Fab. Max. Cunctator moritur.

3853. Æquis conditionibus pax Carthagini data. Scipio Romæ triumphat.

3854. Terrori esse debuerat Romanum Nomen ob recentem victoriam, oritur tamen novum bellum Philippicum.

3855.

3855. Etiam vinci posse Romanos, Galli hoc anno docuere.

3856. Oriens bello turbatur. Antiocho in Ægyptum moventi Judæi se dedunt.

3857. Philippus Rex vincitur à Flamminio, & bellum finitur. Attalus Rex Asiæ moritur, succedit Eumenes filius.

3858. Obtinent libertatem à Romanis Urbes Græciæ.

3859. Deleta Lex Oppia. Ver sacrum Romæ celebratum.

3860. Notantur hoc anno res fortiter gestæ à Catone in Hispania. Boji rebelles Romanos superant.

3861. Acriter pugnatum contra Bojos, qui denique cruento utrinque prælio victi. P. Corn. Scipio Lusitanos vincit.

3862. Rursum Græcia bello involvitur, movente Antiocho.

3863. Insignem victoriam refert ex Antiocho ad Thermopylas Scipio.

3864. Magnesiano prælio victus Antiochus ped. 50000 Equitum 4000. amittit. Asia citra Taurum potiuntur Romani.

3865. Asiatici nomen meretur Scipio, & triumphat Romæ. Galli Tectosages à Rom. victi.

3866. In vivis esse desinit Antiochus Magnus, succedit Seleucus Philopater.

3867. Traductus indignè Scipio, quasi corruptus ab Antiocho, graviter offensus Linternum secedit.

3868. Nihil funestius nunc Romæ quam Luxuria Asiatica.

3869. Africanus Scipio Major moritur, nascitur Minor Africanus.

3870. Facetiarum pater Plautus moritur. Heliodorus mirè castigatur.

3871. Nobilis ille Hannibal, terror Rom. gustato veneno moritur.

3872. Insidias Demetrio struit Perseus frater.

3873. A patre jubetur occidi Demetrius. Celtiberi victi.

3874. Succedit Ptolomæo Epiphani, Ptolom. Philometor. Cruentissima Fulvii in Hispaniis victoria.

3875. Philippo R. mortuo succedit Perseus filius ult. Maced. R.

3876. Istros bello petens Manlius repellitur, mox triumphat.

3877. Bello domantur Ligures cæsis 15000. Istri subacti.

3878. Abrumpit vitam Seleucus. Ligures iterum domiti.

3879. Jason impius emit Pontificatum ab Antiocho, qui fratri nunc in Syria successit.

3880. DEI veri cultus opera Jasonis, idololatria fœdatur.

3881. Iterum cæsi Ligures ad 10000. Antiochus Ægyptum invadit.

3882. Sustulit è medio Oniam legitimum Pontificem Menelaus.

3883. Ægrè tuentur DEI cultum contra impium Jasonem Judæi. Perseus Rex varia fortuna contra Rom. prælitur.

3884. Rem fortiter agit Perseus, & feliciter hoc anno.

3885. Potitur Jerosolymis Antiochus & vastat. Ennius moritur.

3886.

3886. Movet in Ægyptum Antiochus, sed à Rom. cogitur quiescere. Romani Macedoniam subjugant, victo captoque Perseo.

3887. Victus in triumphum ab Æmilio Paulo ducitur Perseus. Passi septem fratres sub Antiocho. Illyricum & Dalmatia victæ.

3888. Insurgit pro lege DEI Mathatias, nec multò post moritur.

3889. Nicanorem, Apollonium, aliosque bello vincit Judas Machabæus

3890. Mundatum templum Jerosol. quo ipso anno Gorgias victus est.

3891. Opprimitur funditurque à Juda Lysiæ exercitus. Ptolomæus Regno à fratre privatur.

3892. Moritur miserè Antiochus, succedit Eupator filius. Judas Ammonitas, Idumæos & Timotheum vincit.

3893. Vitâ exuitur impius Menelaus, succ. in Pont. Alcimus.

3894. Regnum invadit Demetrius Soter, occisis Eúpatore & Lysia. Nicanor occumbit. Judæi & Rom confœderantur.

3895. Alcimus malè perit. Judas Machab. gloriosè occumbit.

3896. Sublato Alcimo, quiescit aliquantillum Judæa, Demetrio Cappadociam bello petente.

3897. Vix evadit insidias Jonathas. Attilius Arator fit Imp.

3898. Movent in Dalmatas Romani. Bachides pacem componit.

3899. In Dalmatia prosperè pugnat P. Corn. Scipio Nasica.

3900.

3900. Nunc Oxybios & Deciatas ſubigit Q. Opimius Cos.

3901 Inſignem cladem accipiunt Romani bello Celtiberico.

3902. Libertate à Maſaniſſa violatâ bellum parat Carthago.

3903. Laborant fruſtra Romani, in avertendo bello Punico. Demetrius ab Alexandro vitâ & regno exuitur.

3904. Obiit Cato Major. Viriathus Dux Hiſp. contra Rom. felix.

3905. Punicum bellum exardeſcit Maſiniſſa moritur.

3906. Adverſus Pſeudophilippum in Macedonia movet Q. Cæcilius Metellus, & triumphat.

3907. Eligitur Conſul Scipio Afric. Minor. Bellum Achaicum.

3908. Ruina Carthaginis annus memorabilis, & fine belli Punici, ſed & Corinthus diruitur. Alexander occumbit in Arabia. Ptolomæus Rex moritur.

3909. Evergetes Ptolom. & Demetrius Junior regnant. Triphon res novas molitur.

3910. Virtute Jonathæ liberatur Demetrius Antiochiæ, ſed ingratus dum illum everſum cupit ipſe opprimitur.

3911. Triumphator hoſtium Jonathas Demetrii Duces perſequitur.

3912. Jonathan capit Triphon, & Pupillum Regem occidit. Simon Dux conſtituitur.

3913. Vendicant libertatem Judæi, & gentium jugum excutiunt.

3914. Rex Demetrius victus à Parthis capitur. Simon arcem Syon occupat, Pax Judæorum. L. Craſſus Orator naſcitur.

3915. Evocat ad regnum Sidetem levirum uxor Demetrii.

3616. Malè luit scelera Tryphon, victus ab Antiocho & pulsus.

3917. Insigni clade Romani 30000. profligati à 4000. Numantinis.

3918. Colligit exercitum contra Judæos Sidetes. Tryphon moritur.

3919. In convivio occiditur Simon. Bellum servile in Sicilia.

3920. Deligitur Pont. Hircanus, quem Jerosolymis obsidet Sidetes.

3921. Obsidionem solvit Sidetes, & Parthos petit Numantia exscinditur. Attalus Asiæ Rex Romanos scribit hæredes. Gracchus occisus.

3922. Lauream servili bello confecto meretur Rupilius.

3923. Libertati suæ consulunt Judæi, Sidete nunc mortuo. Crassum vincit & occidit Aristonicus, & Attali regnum occupat.

3924. Opprimitur Aristonicus, captusq; Romæ strangulatur.

3925. Ptolomæus Ægypto pellitur. Demetrius fit Syriæ Rex. Scipio Africanus Jun. & Carneades Philosophus moriuntur.

3926. Alexander victum Demetrium regno exuit.

3927. Terminus vitæ Demetrii, quem occisum alii volunt.

3928. Enecatur Seleucus Demetrii filius à matre. Alexander regnum occupat, dictus Zebina.

3929. Exuitur regno & vitâ Alexander ab Antiocho Grypho.

3930. Necem hic matri infert, paratumque sibi etiam venenum ipsam bibere cogit.

3931. Iterum conditur Carthago nuper eversa. Bellum Balearicum fervet.

3932. Memoratur origo sectæ Saducæorum & Essæorum.

3933. Origo civilium bellorum Grachi cædes, ante memorata.

3934. Nunc solo æquat Samariam Hyrcanus.

3936. Gravi obsidione Cretenses premit Metellus.

3937. Obiit Evergetes, succedit Ptolomæus Lathurus.

3940. Conquiescit nonnihil orbis. Hortensius nascitur.

3941. Oritur iterum bellum, quo Romani à Cimbris cæsi sunt.

3943. Urbi aliud bellum paratur, quod Jugurthinum dictum est.

3945. Quod vix sine comite occurrat malum, Junius Silanus docuit, nunc cæsus à Teutonibus. Nascitur Pomp. Atticus.

3946. Opprimitur à Cimbris & perimitur M. Scaurus.

3947. Juguithinum bellum fervet. L Cassius Cos. ab Helvetiis profligatur & occumbit.

3948. Liberatur periculosissimo bello Roma & Jugurtha vinctus Syllæ traditur. Pompeius Magnus & M. Tullius Cicero nati.

3949. Victi gravi clade à Cymbris Romani.

3950. Elati successibus Cymbri dum in Hispaniam movent. vincuntur à Rom. Hircanus Princeps Pont. & Propheta moritur.

3951. Vitam eodem anno, quo patri Hircano successit, deserit Aristobulus, R. & Pont. succedente Jannæo.

3952. Insigni victoria potitur Marius; cæsis 150000. Teutonibus ad Aquas Sextias.
3953. Superat iterum Teutones Marius cæsis 120000. ad Athesim.
3954. Ortu C. Julii Cæs. illustris annus. Marius in Metellum conspirat.
3955. Nunc Lusitanos Dolabella armis compescit.
3956. Invadit Ptolomaidem & expugnat Cleopatra. Nascitur Mathan.
3957. Legit communem mortalium semitam Antiochus Gryphus, cui Seleucus filius in Regno succedit.
3958. Urbem Solymorum Jannæus crudelis Pontifex vexat.
3959. Ejicit Syria Seleucum Antiochus cognom. pius.
3960. Rex Seleucus cum amicis in regia exuritur.
3961. Excipit fortiter Seleuci fratrem regnum invadentem Antiochus Pius, victumque interimit.
3963. Vivere desinit L. Crassus. Bellum Sociale ob cædem Drusi.
3964. Occumbit contra Marsos infelix Rutilius.
3965. Triumphat Romanos Mithridates. Alexander matricida regno ejicitur & moritur.
3966. Catullus nascitur. Sylla Urbem occupat. Felix Mithridates.
3967. In Urbem irruunt Cinna & Marius, eaque potiuntur.
3968. Decedit morte Marius. Sylla Ilium capit.
3969. Expetit pacem à Sylla Mithridates & impetrat.
3970. Neci datur à militibus Cinna obrutus lapidibus.
3971. Exuritur Capitolium Romæ. Sylla ad Canusium

sium insigni potitur victoria. Tigranes creatur Rex Syriæ.

3972. Bene usus fortuna Sylla, Urbem & Dictaturam occupat.

3973. Ex Numidarum Rege triumphum refert Pompeius & Magni cogn. à Sylla ornatur. Sartoriani belli initia.

3974. Nomen & virtus Julii Cæs. innotescit, qui hoc anno corona Civica donatus est: Mitylenæ captæ. Pt. Auletes regnat.

3975. Ipse Dictatura se abdicat Sylla.

3976. Moritur Sylla, pediculari morbo laborans, & vitam cum sanguine expuens.

3977. Opprimitur & vincitur à Catullo Lepidus.

3978. Nihil celebrius nunc Sertorio Duce, contra quem Sucronense & Duriense prælium hoc anno in Hisp. gestam.

3980. Terram & vitam deserit Alexander R. succedit Alexandra.

3981. Effervescit bellum Mithridaticum.

3982. Extremus Sertorio hic annus, quo item Perperna occiditur. Lucullus bis victus, vincit & fugat Mithridatem.

3983. Rem prosperè gerit M. Crassus, & triennale servile bellum conficit.

3984. Ortu Virgilii Poetarum Principis felix annus. Tigranes grandi clade à Lucullo profligatur.

3985. Gravi iterum prælio ab eodem vincitur. Cicero fit Æd. Cur.

1986. Oritur bellum Creticum. Tigranes & Mithridates victi.

3987.

3987. Laborat plurimum pro Rep. Pompeius, & bellum Piraticum conficit. Creta bello subigitur.

3988. Obiit Alexander Rex Jud. succedit Aristobulus. Pompeius vincit Mithridatem, cæsis 40000. Tigranes se dedit, cui Syria adimitur, Armenia redditur.

3989. Est illustris hic annus die natali Horatii.

3990. Hoc anno Aristobulum obsidet Jerosolymis Areta. illi Scaurum subsidio mittit Pompeius. Onias occiditur.

3991. Tentat res novas Catilina & opprimitur. Nascitur Augustus. Pompeius Jerosolymam capit, Aristobulum vinctum Romam mittit, Judæam subjicit. Mithridates veneno se conficit. Cicero Consul creatur.

3992. Occiditur victus Catilina. Scaurus Arabicum bellum conficit. Areta pacem redimit.

3993. Leges Rom. accipit Syria. Pompeius triumphat.

3994. Exquisitissimus ternio Principum Julius Cæsar, Pompeius & Crassus coniurant.

3995. Galli rebelles arma parant. Cæsar fit Consul. Titus Livius nascitur.

3996. Novennale Cæsaris bellum Gallicum. Cicero exulat.

3997. Alexander Aristobuli filius à Gabinis vincitur. Revocatur Cicero. Catullus moritur.

3998. Ex Urbe reversus Judæam turbat Aristobulus. Cæsar maximis victoriis potitur.

3999. Restituit Ptolomæum Auletem Ægypto Gabinius. Cæsar primus in Germanos, & Britannos incognitos olim movet, Princeps ferè incomparabilis.

4000. Exactionibus Syriam vexat Crassus, nec Sacris abstinet, Cæsar tributarios Britannos facit.

4001. Parthi Crassum cum universo exercitu delent, cum ipso anno templum Hierosol. spoliasset Cæsar Gallos premit.

4002. Subjugat Gallias Cæsar. Milo Clodium interficit. Solus creatur Consul Pompejus.

4003. E vita migrat Ptolomæus Auletes. succedit Ptolomæus cognomento Dionysius cum Cleopatra. Finis belli Parthici.

4004. Vitâ excedit Hortensius. Cæsar trecentis, vel ut alii volunt 400. populis subactis in Italiam revertitur.

4005. Initium belli Civilis. Cæsar Urbem, fugiente cum Magistratu Pompejo, ingreditur; Italia & mox Hispania potitur. Pompejani Aristobulum & Alexandrum filium occidunt.

4006. Terribilis ille pugna Pharsalica, qua Pompejanorum ad 15000. periere; Cæsariani 200. Natalis hic annus Romani Imperii à Julio occupati, Regni quarti Ferrei.

4007. Nihil majus Cæsare: qui nunc bellum Alexandrinum conficit, Ægyptum subjicit & Cleopatræ concedit, Pharnacem Ponti Regem triumphat, & Antipatrum Judeæ Tutorem jubet.

4008. Africanum bellum absolvit Juba interfecto, & Catone ac Scipione manus sibi inferentibus. Regnum item Mauritaniæ tributarium facit.

4009. Sumunt hic initium anni Juliani. Bellum Hisp. contra filios Pompeji. Prælio ad Mundã 30000. Pompejanorum cæsa. Recepta Hispania, Cæ-

 sar,

sar, Pater Patriæ & Dictator perpetuus dictus, confirmato nunc summo Imperio.

4010. Extremus hic Cæsari annus, qui 23. vulneribus in Senatu interimitur. Cicero concitator parricidii Amnistiam induci cupit. Octavianus Aug hæreditatem adit.

4011. Superatus bello Antonius ad Murinam. Augustus Imperium capessit. Cicero & conjurati male pereunt.

4012. Victi Brutus & Cassius, & ipsi miserè pereunt. Finis belli Philippici.

4013. Turbatur denuò pax, Augustum inter & Antonium.

4014. Agri in Veteranos distributi, ut & priore anno.

4015. Nihil proficiens violentia Antonius Cæsari se dedit, qui cum ipso imperium dividit. Antigonus Ierosolymam occupat. Herodes Romæ Rex renunciatur.

4016. Subigit Parthos Ventidius. Comagenum bellum finitur.

4017. Ulturus Josippum fratrem occisum Herodes Jerosolymam obsidet.

4018. Jerosolyma potitur Herodes. Antigonus ultimus Judæorum Rex ab Antonio occiditur. Pompejus vincitur. Sallustius moritur.

4019. Victus captusque ab Antonianis Sex. Pompejus occiditur.

4020. Capitur Artavasdes ab Antonio, & Armenia subigitur.

4021. Æmulatio nova & discordiæ inter Antonium & Cæsarem.

4022.

4022. Metuendus omnibus Antonius à PP. hostis judicatur.

4023. Obtinet memorabilem illam victoriam Actiacam Augustus.

4024. Hoc anno victus denuò Antonius manus sibi infert. Cleopatra veneno se necat. Finis Regni Ægyptiaci.

4025. Tollit è medio Mariamnem conjugem Herodes, ejusque matrem Alexandram.

4026. Octavius Cæsar Urbem lustrat. Decernitur Bellum Hispan.

4027. Memorabilis Augusti appellatione annus. Agrippa Romæ Pantheon condit.

4028. In Cantabros movet Augustus, eosque debellat.

4029. Oppressi domitique Hispani. Janus clausus.

4030. Urbem repetit Cæsar. Rursum Hispani domiti.

4031. Invaletudine gravi desperatus penè Augustus ab Ant. Musa Medico curatur. Marcellus ejus nepos moritur.

4032. Urbi consulit Augustus eamque ornat, conspiratio Murenæ proditur & punitur.

4033. Imperatoris gener fit Agrippa & Urbis Præfectus.

4034. Dum Augustus non solum hostes perterrefacit, sed & amore sibi conciliat, Parthi signa Crassi & captivos restituunt.

4035. Extinguitur morte Virgilius. Herodes templum restaurat.

4036. Regem Agrippam supparem nunc sibi facit Augustus.

4037. Orbis redemptio appropinquat concipitur hoc

 ipso

ipso anno magna Mater & Virgo mense Decembri. Lollius à Germanis vincitur.

4038. Nascitur Augustissima DEI mater. Augustus in Galliam proficiscitur.

4039. A Druso & Tiberio Rhæti subiguntur.

4040. Liguria Comata jugo Romano subditur. Pannonii rebelles domantur.

4041. Voto SS. Parentum DEIpara in templo Jerosolymitano offertur. Augustus creatur Pontif.

4042. Dum solo occursu suo territis Panonibus, victor remeat Agrippa, extinguitur, quem ipse laudat, suoque Mausolæo infert Augustus. Drusus Frisios domat.

4043. Nunquam non propagando Imperio intentus Augustus, Usipetas per Drusum Dalmatas per Tiberium, per Pisonem Dracas subigit. Dedicatur templum Jerosolym.

4045. Antipater Herodis filius Rex claret. Cl Drusus moritur, mirè laudatur & deploratur. Epitome Flori finitur.

4046. Resolvitur morte Mœcenas Augusti amicus, & Horatius Poeta. Sextilis Augustus dicitur.

4047. Imperio Tiberium destinat Augustus, Druso jam mortuo. Herodes sepulchrum David expilat.

4048. Malè nunc luit Herodes, & omni gratia apud Augustum excidit. Julia Tiberii uxor, filia Augusti ob impudicitiam relegatur.

4049. Obruitur etiam domesticis calamitatibus Herodes, & cum filiis colliditur.

4050. Conciliatur Cæsari Herodes, & iræ laxans habenas filios proprios occidi mandat.

4051.

4051. Joannis Baptistæ nativitatem prænunciat S. Gabriel Archang. Novi Testamenti Historia incipit. Augustissima Virgo Josepho desponsatur. Galba Imp. nascitur.

4052. Prægnantissimus plenitudine gratiarum annus. DEUS incarnatur, felicissimum Nuncium ferente Gabriele Archangelo. Nascitur Præcursor Domini Joannes Baptista.

Fructui Benedicto Virginis laus in sæculis æternis, Amen.

HISTORIÆ UNIVERSALIS LECTIONIS JUCUNDISSIMÆ NUCLEUS

E Compendio & Symbolis Annalium Ecclesiasticorum R. P. F. Gabrielis Bucelini excerptus.

VNus omnium annorum auspicatissimus, orbis conditi, nostrâ supputatione 4053. calculo Ecclesiæ 5199. Romæ 752. (non primus, uti Baronio in Annal. Ecclesiasticis placuit) Augusti imperantis, quadragesimus secundus

fuit; quo Mater Virgo DEUM Hominem edidit, universo tunc orbe in pace composito.

Annus Christi I.

Ecclesiastici anni pulcherrimum initium SS. Sanguinis purpura octo dierum infans Verbum æternum consecrat, & Calendas Januarias, superstitiosis tribus contaminatissimas expiat.

2. Lucente & ducente prodigioso sydere, natum Regum Regem Magi intelligunt, & hoc primùm anno occurrunt & adorant. Augustus Tiberium & Agrippam adoptat. Judæi duce Juda Galilæo defectionem parant.

3. Angeli monitu fugit in Ægyptum cum Sponsa Virgine & Infante Josephus. Grassatur cæde in infantes Herodes, à bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat à Magis.

4. Variis prodigiis adventu Numinis illustratur Ægyptus.

5. Impietatis, ulciscente Numine dat pœnas Herodes, & mira morborum varietate & fœditate diutissimè torquetur.

6. Relictis ab amicissimis omnibus ob fœtorem, miserè moritur.

7. Ad Albim usque progressus Tiberius in Germanos movet, nullo opere pretio, etsi Paterculus magna comminiscatur.

8. Nulla re memorabilis hic annus, quam Archelai Regis tyrannide, quam fugiens S. Joseph. in Galilæam secessit.

9. In

9. In Sarmatas Dalmatasq; progressus Tiberius, præclarè rem agit, eosque Imperio subjicit.

10. Motibus novis concutitur Dalmatia, qui tamen vigilantia Ducum comprimuntur, Tiberio Romam concedente.

11. Roma ob victos Dalmatas Sarmatasq; triumphante, tristia nova è Germaniis afferuntur de Germanorum defectione.

12. Exasperati Quintilii Vari oppressione Germani, grandi clade Romanos profligant; quam, acceptæ ad Cannas, Florus comparat, exclamante Augusto: Redde Legiones ô Vare, hoc sibi ipsi vim inferente.

13. Trepidatum Romæ ob acceptam cladem, multique honoribus privati, quod metu Germanorum expeditionem detrectarent.

14. Memorabili censu iterum Orbis lustratur, & ob id Sulpitius Quirinus in Judæam mittitur. Romæ solùm reperta hominum nonagies trecenta & 70. millia.

15. Augustus Imp. anno æt. 76. Imperii 56. moritur, quod Baronius in sequentem retulit, succedit Tiberius modestus initio.

16. Insigni edicto Magos Româ atque Italia ejicit Tiberius. Nascitur Vitellius Imperator.

17. Tiberius in Germanos rebelles expeditionem parat. Annus hic vitæ Christi medius est.

18. Interdicit vestis sericæ usum, & vasa aurea, nisi in Sacris Tiberius. Ulciscitur Varianam cladem Germanicus, & de Cheruscis, Cattis & Angrivariis triumphat.

19. Caiphas ille Christi hostis fit Pontifex Jerosol.

Depravatos libros Sibyllinos corrigit Tiberius. T. Livius & P. Ovidius Naso moriuntur.

20. Insigni rursum edicto Histriones Urbe pellit Tiberius.

21. Moritur Antiochiæ Germanicus, veneno Pisonis scelere sublatus. Mutatur ex optimo in pessimum Tiberius, Sejani opera.

22. Annus hic supremus Quirino seu Cyrino Syriæ Præsidi, cui Piso successerat, qui hoc anno malè conscius seipsum perimit.

23. Maximum illud Pompeji 40. millium spectatorum capax Theatrum, incendio & ruina perit.

24. Amor ille populi & spes Drusus, collega Imperii, à patre dictus, veneno, scelere Sejani, tollitur,

25. Romam tyrannide vexat Sejanus, & suspecta omnia reddit.

26. Etiam Agrippinæ Augustæ struens insidias, suspectum ipsi Tiberium reddit, inter epulas cibum omnem recusanti, quâ re offensus Cæsar, ipsam fame enecat.

27. Viros inter illustriores T. Sabinum calumnypetit, ut seipsum in carcere strangularet. Initium 70. & ultimæ hebdomadæ juxta Danielem.

28. Mittitur Judeæ Præses P. Pilatus Judæos variè vexans.

29. Elisabethæ & Zachariæ filius Joannes, prædicationem & Baptismum inchoat. Apud Fidenas, Amphitheatri casu mortalium 50. millia oppressa sunt.

30. Diversis cladibus ater annus, Cælii maximè montis conflagratione.

31. JESUS

31. JESUS CHRISTUS D. N. 6. Jan. à Joanne baptizatur, vocat Apostolos & maximè Petrum, quem solum baptizat. Languidos curat ubique.

32. Vitæ Auctorem perdere consultant Judæi; Christo benè mereri de omnibus pergente.

33. Quæstuosissimus Ecclesiæ meritis Christi annus, quo inter alia, Principatus illius Petro decernitur. Sejanus æternum variantis fortunæ ludibrium miserè perit.

34. Explet vitæ cursum Redemptor noster in Cruce moriens, æternum amoris pignus Ecclesiæ sponsæ legans, SS. Cordis sui Sanguinem cum aqua remanantem, tertiâ die resurgit, post 40. ascendit, & iterum post dies 10. Spiritum S. mittit.

35. Tiberius monstrum nunc Principis fœdè grassatur; & ut scelera sua occultet; nequiorem se Collegam, C. Caligulam adscifcit. Persecutio prima Fidelium, occiso Stephano, & prima Simonis Hæresis, conversio item Pauli hoc anno celebrantur.

36. Rem fidei statim promovet Paulus ex Persecutore Apostolus. Primus Gentiles Hispanos convertit S. Jacobus major. Moritur Philippus Herodiadis legitimus maritus: nascitur Persius.

37. Optimè meretur de Hispanis S. Jacobus, & primam in orbe sub honore DEIparentis condit Ecclesiam Cæsaraugustæ. Scribit item Epistolam Canonicam; (teste Dextro & gravissimis Hispaniæ scriptoribus) primam Scripturam N. Testamenti. Mortem sibi ipsi consciscit Caiphas Pont. Jerosol.

38. Mittitur in exilium Pilatus, minaturque mortem accusatoribus Christianorum Tiberius, Christum ipse inter Numina colens.

39. Condit Antiochenam Ecclesiam Petrus, & primus præest. Moritur Tiberius, succedente C. Caligula nepote.

40. Etiam Jerosolymis datur initium Gentium conversioni, in Cornelio Centurione, licet Longinus prior censeri debeat, sub ipsa Cruce Christum confessus, & post Pentecosten baptizatus.

41. Ne nihil agere videretur Joannes Apostolus, Ephesum pergit cum DEIpara, & Jacobo fratre, qui paulò ante ex Hispaniis reverterat. Primus, hoc anno, scribit Evangelium Matthæus. Petronius fit Præses Syriæ.

42. Reversus cum fratre Jerosolymam Jacobus, ferventius contra Judæos agens jussu Herodis decollatur, Judæorum supra 50. millia, à Syris Græcisque prope Babylonem mactantur.

43. Edessam Syriæ & Abagarum Regem convertit S. Thadæus. Christianorum nomen primùm Antiochiæ natum Succedit Cajo occiso Claudius Imp.

44. Petrus Romam venit, illic deinceps Ecclesiæ præsidens. Divisi in varias Provincias Apostoli, Christum prædicant.

45. Urbis, solo adventu Petri mira mutatio. Claudio Imp. plura Deorum festa abrogante. Scribit primam Petrus, & Marcum Alexandriæ præficit.

46. Salutatus pro concione DEUS Agrippa, ab Angelo percutitur & moritur, succedente Herode fratre.

fratre. Petrus Episcopos quaquaversum mittit. Cherusci à Claudio Regem petunt. Conditur Colonia Agrippina.

47. Nusquam requiescit Paulus, & peragratis superiore anno, Cypro, Pamphilia & Pisidia, Antiochiâ pulsus cum Barnaba Iconium venit.

48. Immigrat cœlo DEI Mater, quo ipso tempore Concilium Jerosolymis celebratum, nec multo post Magdalena & fideles ejecti.

49. Cyprum Barnabas; Paulus cum Sila Syriam & Ciliciem peragrat.

50. Obiit Herodes Rex Chalcydis. Petrus per se ipsum Hispaniis consulit, & sacras imagines infert. Romæ censa hoc anno sexaginta novem centena, & 44. millia hominum.

51. Hispanis curatis Petrus in Africa & Ægypto laborat, per cujus absentiam Judæi contra Christianos turbas concitantes Urbe ejiciuntur.

52. Totus in conversione Gentium Paulus, nunc Athenas in Areopagum venit, tum Corinthum, ubi primam ad Thessal. scribit.

53. Epistolam ad Thessalon. secundam scribit Corinthi, inde in Syriam navigat. Cumanus Judeæ Præses à Claudio exulare jubetur.

54. Judeæ solus post Cumanum Felix præest. Paulus in Syria in Galatiam & Phrygiam pergit. Philippus Apostolus crucifigitur.

55. Variis prodigiis claret Ephesi Paulus, & multa patitur.

56. Latè fides inter Ephesios propagatur, ex casu filiorum Scevæ. Moritur veneno Claudius Imp. succedit Nero filius.

57. Opti-

57. Optimus initio Nero, Britannicum tamen Claudii ex Messalina filium veneno tollit. Paulus primam ad Corinthios scribit, & Epheso in Macedoniam veniens, epistolam ad Timotheum expedit.

58. Varias Provincias obit Paulus, & ad Corinthios rursum & Romanos scribit. Jerosolymis multa patitur, & jussu Festi Romam ducitur.

59. E Sicilia Romam venit, ubi è vinculis plures Epistolas, & secundam ad Timotheum scribit.

60. Terræ motu Roma quatitur. Catti ab Hermanduris occidione deleti. Romam ex Oriente plurimi ad Paulum occurrunt. In Hispaniis plurimi Martyrio coronantur.

61. Ex optimo Principe nunc pessimus Nero, Agrippinam matrem occidi jubet. Paulum post secundam defensionem liberum dimittit.

62. Rex Agrippa Josepho dejecto, Ananum creat Pont. In Mensam Neronis fulmen ruit. Corbulo, Armeniam subigit. Laodicea corruit.

63. Jacobus Minor è Cinna templi dejicitur. Barnabas in Cypro occumbit. Bello Britannico victi Romani, mox victores 80 millia cædunt. Nero conjugem Octaviam occidit.

64. Corbulone absente Parthi Romanos vincunt. Paulus in Hispanias proficiscitur. S. Marcus Martyrio coronatur.

65. Submittunt colla Corbuloni Parthi. Jesus quidam, circumcursando Væ Væ Jerusalem irremissè congeminat.

66. Apostolus Matthias Martyr occumbit. Roma incendio vastatur, vocanturque in crimen Christiani.

ſtiani. Albino Præſidi ſuccedit Florus, durè Judæos habens. Moritur Perſius.

67. Tollit è medio Senecam Magiſtrum Nero, & plures illuſtres, occaſione Piſonianæ conjurationis, eoſque inter Poppæam conjugem, & Lucanum Poetam. Senecam Chriſtianum, Auguſtinus, Hieronymus & Fl. Dexter contendunt.

68. Jeroſolyma rebellis obſidetur, quo ipſo anno Petrus & Paulus paſſi ſunt. Philoſophi Urbe ejiciuntur. Illuſtres multi necantur.

69. Territus Hiſpanis, Gallis, & Prætorianis deficientibus Nero, ſeipſum denique in fuga gladio conficit, ſuccedit Galba.

70. Non præfuit ſupra ſeptem menſes Galba à militibus occiſus, tum Ottho, qui poſt tres menſes ſeipſum conficit, invadente Imperium Vitellio, contra quem invitus creatur Veſpaſianus, relicto contra Jeruſalem Tito, & urbe occupata Vitellium perimit.

71. Expugnat exſcinditque Jeruſalem Titus, cæſi gladio 600000. Capitolium exuſtum reſtaurat Veſpaſianus. S. Euodius S. Petri Antiochiæ ſucceſſor Martyrio coronatur.

72. Romæ triumphat cum patre Titus, & Jani fanum ſextò clauditur, Gallis item & Germanis domitis, & Treveris Cereali ſe dedentibus.

73. Exules, ludibrium orbis vagantur Judæi. Germania à Petri diſcipulis convertitur. Joannes Apoſtolus in Aſia ſubſiſtit.

74. Lemovicenſium & Galliæ univerſæ Apoſtolus S. Martialis moritur, Hæreſes varias in Aſia profligat.

figat S. Joannes Apostolus. Antiochus Rex victus capitur.

75. Urbe pelluntur Philosophi magno bono rei Christianæ. Remp. restituit Vespasianus. Patitur S. Apollinaris S. Petri discipulus. Alani Mediam & Armeniam incursant.

76. Saturninus Petri, & Paulus Sergius Pauli discipulus, Hispanias illustrant. Ultimum Lustrum celebratur. Ingens Judæorum cædes Alexandriæ.

77. Novo à se condito Pacis templo, pretiosissima quævis infert Vespasianus: multisque Regnis in provinciam redactis Imperium auget.

78. Obiit Rex Agrippa amicè à Vespasiano habitus, quod ante rebellionem Judæorum Romam se recepisset. Nascitur Adrianus Imp.

79. Cypri tres Urbes terræ motu ruunt. Artabonus Parthorum Rex graviter offendit Vespasianum, quod falsò cuidam Neroni faveret.

80. Ecclesiam suam Sanguine ornat S. Linus primus à Petro Pont. Rom. inscio Imp. interfectus. Romæ quotidie ad 10000. peste pereunt.

81. Titus mortuo patri succedit, sub quo res Christiana plurimùm crevit. Vesuvius accenditur, quo incendio Plinius periit.

82. Capitolini Jovis templum, sed & Pantheon cum magnâ Urbis parte conflagrat; plurimis ad fidem conversis, quòd mundi finem jam instare crederent.

83. Naturæ concedit Titus Imp. *Delicium humani generis* dictus, sceleri ut nonnulli volunt Domitiani fratris & successoris.

84. Agri-

84. Agricola rem ſtrenuè gerit in Britannia. Joſephus Romæ ſuos libros ſcribit.
85. Simulatam aliquandiu clementiam exuit Domitianus, & in cives immaniter ſævit.
86. Occaſione cuiuscunque calamitatis, Chriſtiani in crimen vocantur. Reſtaurat templa Domitianus ſub Tito exuſta.
87. Martialis, Juvenalis & Statius florent. Picti relicta Scythia partem Britanniæ occupant.
88. Immortalitatem nominis quærens Domitianus, quinquennales Jovi ludos inſtituit, jubetque annos per agones Capitolinos numerari. Romani in Germania à Rege Daciæ cæduntur.
89. Ne Chriſto inferior Domitianus videretur, Virginis Palladis filius & Deus dici voluit. Agricola rebelles Britannos domat.
90. Adverſus Dacos movet Domitianus. S. Memmius Mancius fit Martyr.
91. Obtritis Dacis victor revertitur Imp. ſed avaritiâ præſidum plures hoc anno gentes deficiunt. Hiſpania Martyrum nunc fertilis.
92. Nobilitat Romam Martyrio S. Joan. Evangeliſta, in ferventi oleo ſervatus, & in Pathmos miſſus. patiuntur plurimi etiam Auguſti ſanguinis.
93. Illuſtrat primus Romanorum Cos. nomen fide Chriſti & Martyrio M. Anicius Glabrio V. C. quo ipſo anno glorioſè item S. Clerus occ.
94. Univerſa denique Britannia potitur Agricola. S. Clementis Papæ initia. Secunda Perſecutio incipit.
95. In Gallias à Clemente mittitur S. Dionyſius Areopag. & plures Epiſcopi. Plures iterum Martyres in Hiſpania.

96. Do-

96. Domitianus edicto Christianis cavet, mox tamen iteratò sævit. Ulpius Trajanus Galliæ præficitur.

97. Mathematici Urbe proscripti. Apocalipsim scribit Johannes.

98. Vitæ finem dignum sortitur Domitianus miserè interemptus, succedente Nerva. Finit Historiam Suetonius.

99. Trajanum adoptat Nerva, & paulò post moritur opt. Princeps, & qui persecutionem statim sustulerit. Tacitus & Frontinus clarent.

100. Resuscitat persecutionem extincto 27. Januarii Nerva Trajanus, prohibitis sodalitiis, quo titulo dein in nostros sævitum.

101. Valedicit mortalibus S. Johannes Evang. Trajanus è Germania Romam occurrit, absens electus Imp.

102. Trajanus Decebalum & Dacos vincit, quod Baronius in sequentem retulit. S. Clemens Papa moritur.

103. Nunc visa denuò quiescere Persecutio, Anacleto Ecclesiæ præsidente, & Plinio honorarium Consulatum indepto, qui Christianis plurimū addictus fuit.

104. E Bithynia, ejus nunc præses Trajano scribit Plinius super Christianorum numero & innocentia. Jubetur non inquirere, sed oblatos punire. In Germanias revertitur Imp. victisque Dacis & Scythis triumphat.

105. Rege Decebalo mortem sibi consciscente, plurimæ provinciæ se submittunt; Trajano earum Legatos Romæ audiente.

106. Ar-

106. Armorum non tantum, ſed & litterarum amantem ſe probans Trajanus, Romæ inſignes Bibliothecas condit.

107. Latè propagat Imperium, movensque in Armeniam, ipſam & multas alias regiones ſubjicit.

108. Victoriis inſatiabilis, novam luſtrans exercitum, undecim Chriſtianorum millia reperta exulare in Armenia jubet.

109. Martyrium ſubit S. Simeon Epiſc. Jeroſol. annos 120. natus. S. Ignatius Romam vinctus mittitur.

110. Ad beſtias damnatur Ignatius. Senatus Trajano pro tot victoriis, non unum, ſed quotquot vellet, triumphos decernit.

111. Frangit quaquaverſum vires hoſtium Trajanus, in motu tamen quodam graviter periclitatur.

112. Occumbit glorioſè S. Anacletus PP. Euariſto ſuccedente. Concilium Toleti celebratur. Patitur in Hiſp. S. Eutychius.

113. Victoriis Trajani eò evehitur Imperium, ut ſolâ magnitudine laboraret. Aſſyria, Meſopotamia & Armenia fiunt provinciæ.

114. Trajanus viribus repentè & fortunâ deficientibus, quos ſubegerat liberos eſſe jubet.

115. Occaſione iniquioris Trajano fortunæ, plures quotidie provinciæ deficiunt.

116. Judæi & ipſi rebelles ad 200. millia Græcorum & Rom. propè Cyrenen trucidant, in quos miſſus ab Imp. Martius Turbo acriter vindicat, creſcentibus malis Judæorum.

117. Numerus penè infinitus rebellium Judæorum à Rom. exercitibus per Meſopotamiam mactatur.

118. Ex-

118\. Extremis Imperii annis remittit à persecutione Trajanus, quod Syriæ præses moneret: non se parem, occidendis, qui sponte se ad Martyrium obtulissent.

119\. Gravi morbo, & mox morte intercipitur Trajani Mesopotamica expeditio, cui Adrianus ab ipso adoptatus succedit.

120\. Nihil magis curæ Adriano, quàm ne minor Trajano videretur, qui Romam veniens 22. Myriades auri in cives divisit, & Syngraphas combussit. Patitur S. Dionysius Areopag.

121\. Judæi denuò rebelles profligantur & dispergunturtur. Patitur S. Evaristus PP. post quem S. Alexander præsidet.

122\. Omnium per orbem securitati prospicit Adrianus, confecto bello Sarmatico provincias lustrans, sævit in Italia persecutio.

123\. Martyrum per orbem ingens numerus, totis Urbibus se ad mortem offerentibus. Nigrini conspiratio proditur; luunt multi proceres.

124\. In Gallias, Germaniam & Britanniam profectus Imp. suos confirmat, hostes terret.

125\. Seditioni gravissimæ ut occurreret Adrianus, Alexandriam contendit, transiensque Hispanias, Athenis Sacris Eleusinis initiatur.

126\. Summa celeritate constitutis Africæ rebus, revertitur Imp.

127\. Iterum orbem obit, & Orientis maximè causas curat.

128\. Transiens Athenas Imp. ab Aristide Philosopho Christiano, & Quadrato eius loci Episcopo Apologiam pro Christianis accipit, in quos dein benignior fuit.

129. Sollicitè in Iudices provinciarum inquirit, cui ob id variæ passim Basilicæ dicantur, quas ipse sacrat.
130. Venit ex Asia in Syriam Imp. & quam restaurari jussit, Jerosolymam habitari jubet. Justinus Samariensis fit Christianus.
131. Grave iterum bellum Syriam vexat, Judæis arma capientibus ob illata profana Sacra, quorum infinita millia cæsa sunt.
132. Urbem in honorem amasii pueri Antinoi, sui condit Adrianus & Antinopolim vocat. Passus Alexander PP. succedit S. Sixtus.
133. Adrianus Romam & Provincias demeretur. Celsus Epicuræus invectivam in nostros scribit, quam postea Origenes refutavit.
134. Mecœnas Eruditorum Adrianus appellatus. Idem edictum Salvianum edit, quod Pandectarum Juris postea Archetypon fuit. Passi 10000 Martyres in monte Ararath.
135. Victi toties Judæi iterum arma parant, Adriano Julium Severum è Britanniis evocante, & Rufo in subsidium mittente.
136. Conspecta obstinatione Judæorum, Severus justa detrectans prælia, eos miserè consumit. Clarent Palæmon & Favorinus.
137. Turpiter fidem deserit Aquila Ponticus. Adrianus Romam reversus, Commodum adoptat.
138. Eversi denique à Severo Judæi, & sus in fronte portæ contra Bethlehem sculptus in marmore, quo signaretur Judæos æternum proscriptos.
139. Renunciatus ab Adriano successor Ælius Verus, Consul electus prima die moritur. Adrianus graviter ægrotat.

140. Vitam abrumpere sæpè conatus Imp. fame se denique conficit, succedit adoptatus post Verum Antoninus Pius, pater patriæ dictus.

141. Tranquillitate Principis benè usi nostri fidem propagant. Claret Galenus Medicus.

142. Nesciente Antonino Præfecti in Christianos sæviunt. Coronatur Martyrio S. Sixtus PP. post quem sedet Telesphorus.

143. Eusebius & Dexter Justinum nunc pro Catholicis librum Antonino porrexisse volunt. Judæi denuò opprimuntur.

144. Rebelles Britanni misso Lollio Urbico gravi prælio vincuntur.

145. Alexander Magnus Apollonii disc. celebratur. Valentius Hæresiarcha variarum hæresium auctor.

146. Telesphorus præclarè meretur de re Christiana. Marcion Hæresiarcha Catholicum simulans, multos Romæ seducit.

147. Sectarum tot enascentium occasione illudit Catholicis Celsus Epicureus, quem refutat Origenes. Multa de Jure sancit Antoninus.

148. Ecclesiæ rationes plurimum augent in Galliis & Germania SS. Crescentius, Cyriacus, Hilarius, Celsus, Laudo aliique Episcopi.

149. Tranquillitas orbis maxima, cum non solum exactiones prohiberet Pius Imp. sed omnes à suo ipse sublevaret.

150. Multi eruditi florent, quos mirè fovet Imp. Justinus alteram Apologiam ipsi tradit.

151. Expeditionem parat in rebelles Mauros, Dacos, & Germanos, eosq; per legatos facilè opprimit.

152. Re-

152. Repræhensus ob gulæ vitium à Justino Crescens Cynicus, in perdendo dein illo plurimum laborat.
153. Optimus Imp. rebellem Parthorum Regem armis petiturus prius monitum, solâ auctoritate triumphat, quo modo & Iberiæ Regem vicit.
154. Martyrio coronatur S. Telesphorus PP. succedit Higinius. Romæ & alibi territus portentis Imp. Persecutionem omninò tollit.
155. Antoninus auxilia in Pontum mittit contra Tauroscythas. Marcion, Valentinus & Cerdo Hæresiarchæ, cessantibus Gentilibus Ecclesiam vexant.
156. Martyrium in Hisp. obeunt SS. Bonosus & Maximianus.
157. Execratus otium Antoninus, artes Reip. inutiles proscribit.
158. Laborant plurimum scriptores de successione Pontificum. Higinio Martyri succedit, juxta Baronium, Pius.
159. Apostolico jussu & traditione celebratum die Dominica Pascha, novo decreto firmat Pius.
160. Triumphat S. Domnina V. passa Interamnii in Hispaniis, non in Italia, ut voluit Baronius.
161. Reges & Regna famâ & æquitate Antonini capti, Indi, Bactri, Hircani aliique sponte eidem se dedunt.
162. Optumi Cæsarum morte luctuosus orbi annus, quam Baronius ad sequentem retulit, succedit M. Anton. Philosophus & L. Verus.
163. Mittitur ad Parthos comprimendos ab Antonino

no Verus, qui quod nimium Deorum cultui addictus esset, quintam persecutionem excitat.

164. Morte Pii Cæs. audita plures deficiunt. Justinus tertiam (non secundam, ut voluit Baronius) Apologiam ad Imp. edit.

165. Insigni clade à Parthis vincitur Atidius Cornelianus. Patitur S. Justinus Philosophus.

166. Occupatam à Vologese Parthorum Rege Armeniam, Statius Priscus recuperat, promovetque feliciter bellum L. Verus.

167. Vitam sanctam glorioso Martyrio coronat S. Pius PP. succedente S. Aniceto. Rhætis contra Marcomannos auxilio mittitur Aufidius Victorinus.

168. Triumphata Cappadocia & Syria Seleuciam Romani cum 30. millibus hominum capiunt.

169. Recrudescit persecutio ante bellum Marcomannicum, ita sibi Deos conciliare volente L Vero.

170. Orbem Urbemque pestis affligit; ipso Galeno inde fugiente. Auctores mali Christiani insimulati, inde major persecutio.

171. Marcomannici belli solemnius initium, in quod uterque Impp. proficiscuntur. Victorinus vincitur. Verus receptum suadet, obtinente Antonino.

172. Moritur apoplexiâ Verus, congressusq; Antoninus vincitur.

173. Alia rursum Hæresis Montani Ecclesiam vexat, ortis inde aliis.

174. Iterum Hæresiarcha novus Tatianus exurgit, contra quem ora & calamum strinxere Apollinaris & Origenes.

175. Tri-

175. Triumphat ex Quadis Antoninus precibus Legionis Christianæ, & illa ab eventu Fulminatrix dicta. Patitur S. Anicetus, cui juxta Baronium Sother sufficitur.

176. Epistolâ ad Senatum fatetur Antoninus ipse, Victoriam de Quadis, deberi Christianis.

177. Exercitum in Orientem ducit Imp. victis Marcomannis, quod Cassius falso rumore de morte Imp. Imperium invasisset, sed jam occisum reperit cum occurreret.

178. Summo plausu redux suscipitur Imp. Romæ, & cum filio Commodo triumphat.

179. Iterum accenditur Persecutio Gnosticorum scelere, & toto orbe plurimi fiunt Martyres. Patitur Sother, succedit Eleutherius.

180. Bellum Marcomannicum nuper abrumpens potius, quam finiens Imp. cum filio discedit. S. Irenæus fit Lugdun. Episc.

181. Judæus æger baptizatus arena convalescens mirè jubetur aquâ baptizari. Claret Adrianus Sophista.

182. Tristissimo exitu vitam abrumpit Imp. voluntaria fame, & quod filium talem fore præviderat, qualis fuit.

183. Ære redimunt pacem à Commodo Imp. Christiani, ipse nec dum confecto bello Marcomannico Romam occurrit & triumphat. S. Lucius Rex Britanniæ fit Christianus.

184. Vexat cives, & opulentissimos è medio tollit Commodus.

185. Quiescente persecutione fides plurimùm crescit. Nationes ultra Daciam subjugat Pescennius.

185. Superat Britannos rebelles misso Marcello Commodus, inde Britannicus & Hercules dictus.

187. Vendit omnia munera Magistratuum Commodus, ita ut uno anno 25. Consules legerentur.

188. Truculentissimus Imp. occasione conjurationis detectæ plurimos Principum occidit. Nascitur Origenes.

189. Apollonius Senator Christianus accusatus à servo, fidei dat rationem, senatus tamen sententiâ securi percutitur.

190. Tollit Senatorum præcipuos Commodus è medio, atque ita præcipuis hostibus sublatis nostri respirant. Floret S. Turibius Toletanus, cui S. Irenæus librum dicat.

191. Inter Scriptores celebratur Serapion, qui hoc anno fit Pontifex Antiochenus. Turbat Gallias & Hispan. Maternus miles.

192. Dum tumultuantur Legiones in Britannia, Pertinax eò missus, componit. Commodus Solis Colosso suum caput imponit.

193. Editionem munerum celeberrimam populo exhibet Commodus, & Herculis personam induit. Templum Pacis cum parte Urbis conflagrat.

194. Moritur S. Eleutherius Papa, incertum an gladio, Martyribus tum accensus, succedit Victor I.

195. A Narcisso Athleta strangulatur Commodus, succedit Pertinax invitus. Imp. opt. scelere Juliani post sex menses occisus. Julianum post 66. dies Severus vitâ & Imperio exuit.

196. Totus in inimitando Pertinace Severus, Ælii quoque nomen Senatui gratissimum assumit. Praxeas & Theodotus Coriarius Hæresiarchæ vivunt.

197.

197\. Niger Fescennius Orientem usurpans à Severo vincitur & occiditur. Albinus item nomen Imp usurpat.

198\. Agitatur rursum quæstio de Paschate, & definitur à Victore Papa celebrandum die Dominica. Severus potitur Bizantio, Medosque Arabas & Parthos bello superat.

199\. Victricia ex Oriente signa infert Galliæ, victumque Albinum interficit. Judæi denuò rebellant.

200\. Quadraginta & unum Consulares & Prætorianos, Albini & Fescennii fautores. Romam reversus occidi jubet Severus, inde in Orientem reversus.

201\. Obsidet frustra Barsennium Regem in Armenia Severus. Unus miles Christianus, coronam ex more recusans, causa est iteratæ Persecutionis.

202\. Totus in bellum Parthicum incumbit Imp. cui adest Abagarus Osrœnorum Rex Christianus.

203\. Ex Ægypto in Syriam movet Severus, cui ob domitos Judæos triumphus Romæ decernitur. Victor PP. fit Martyr, succedit Zepherinus.

204\. Romam scribens Severus sextam persecutionem indicit generalissimam; ipse revertitur fine anni victor Orientis.

205\. Acriter invalescit Persecutio. Cæsar triumphat cum filio.

206\. Remittit nonnihil persecutio, Plautiano secundo post Impp. juratissimo Christianorum hoste jussu Cæs. interempto.

207\. Beatus Natalius lapsus in hæresim Theodosianam, totâ nocte flagellatus ab Angelis, resipiscit.

208. Errat Origenes, eviratus à seipso, ne pueros, & puellans docens suspicionibus pateret.
209. Laborat strenuè contra Marcionis errores Tertullianus. Moturus in Britannos Imp. impeditur,
210. Expeditionem Britannicam varia fortuna excipit, pace denique composita, Imperator, appellatus est Britannicus.
211. Consulit Imperio Severus, & 32. legiones per provincias limitaneas distribuit. Infelix tamen, quod sciret proprium filium sibi necem moliri, id meritus severitate in Christianos.
212. Movent denuò arma Britanni, in quos filium mittit Imp.
213. E vivis excedit Severus, succedit filius Antoninus Caracalla, qui mox patris fratrisque familiares interficit.
214. Rem nefandam ausus Imp. Getam fratrem summæ spei in sinu matris interficit, eique & patri studentium 20. millia occidit.
215. Ob varias exortas Hæreses plura passim Concilia celebrata.
216. Nulla deinceps Tertulliani memoria, cum ad Cataphrygas defecisset, & hoc anno multa inscitè contra Catholicos scripsisset. Iterum Concilia coacta.
217. Occasione erroris cujusdam, damnato Hæreticorum baptismate ab Agrippino Carthag. Episc. graves in Ecclesiâ turbæ nascuntur. Caracalla Asiam, Syriam & Germaniam peragrat. illusus Alexandriæ mirè sævit in Ægyptios.
218. Hoc anno in Parthos pergens Imp. ibi quoque fœdera & sepulchra Regum violat, oppressisque incautis Parthicum se dicit.

219.

219\. Caracalla in Mesopotamia opera Macrini interficitur, & hic Imperator salutatus Parthos subjicit.

220\. Antoninus Caracallæ filius dictus Heliogabalus è scorto natus, occiso ob crudelitatem Macrino & Diadumeno filio imperat.

221\. Migrat in cœlum S. Zepherinus Papa, Martyrum titulo, etsi Confessor honoratus, succedit Callistus. Revertitur Romam Imp.

222\. Valerius Cordus, Julius Grimanus, Veturius Nebo, Serapion, & alii viri doctissimi celebrantur.

223\. Urbem Neapolitanam restitui impetrat ab Imp. Julius Africanus; æternum triumphatæ Jerosolymæ monimentum. Alexander Cæsar appellatur.

224\. Trucidatur à militibus Heliogabalus, & in cloacas; denique in Tyberim abjicitur. Succedit Alexander Mammeæ Christianæ filius.

225\. Nihil potius Alexandro, quam doctissimos quosque Reip. admovere, qui tamen magis quam cæteri in nostros sæviunt.

226\. Evolat Martyr in cœlos Callistus PP. cujus honorem Urbanus excipit. Judices Christianorum cædem, vario nomine celant.

227\. Multis modis depravatam Remp. reformat Imp. Parthorum Imperium transfertur ad Persas, ter Victore Artaxerxe.

228\. Optimæ matris filius Alexander, & de Christiana re benè sentiens, totus est, in libidine ex Urbe profliganda.

229. Nihil Alexandro charius pace, qui proin serio in provinciales inquirit, ne subditi ubicunque affligerentur.

230. Tetrapla nuper colligens Origenes, inventa nunc sexta Scripturæ editione ad Hexapla elaboranda se convertit.

231. Eugannus Rhætor, Philæmon & Tatianus florent. Dio nunc secundum Consul Historiam finit.

232. Toti Ecclesiæ se purgat Origenes, de erroribus in suos libros aliunde insertis. Patitur S. Cæcilia è genere Aniciorum.

233. Ecclesiæ vasa argentea esse jubet Urbanus PP. Cæsar omne aurum inanibus Deorum Sacris prohibet. Fit Martyr Urbanus Papa, succedit S. Pontianus.

234. Rem Catholicam promovet Mammæa mater Cæsaris, hoc anno defuncta. Conditur Sicambria, quæ nunc Buda Ungarorum.

235. Artaxerxem etiam Imperium tentantem bello petit Alexander.

236. Triumphat Romam reversus Imp. & in Germanos movet.

237. Nihil tristius Romæ morte Alexandri, quem apud Moguntiam Maximinus interemit, cum matre nonnulli volunt, sed aliter alii. Maximinus Germanos domat, & in Christianos sævit.

238. Exulem superiore anno Pontianum, cum occidi jussisset Tyrannus, nunc quoque Antherum perimit, succed. Fabiano. Gordianus fit Imperator.

239. Rebellant sollicitante Senatu provinciæ, & coactus Tyrannus exercitum in Italiam ducit.
240. Aquilejam obsidens Maximinus à suis occiditur, & Gordianus Junior salutatur Imp.
241. Pace fruitur Ecclesia sub juvene ac modestissimo Imp. cujus vox illa digna Christiano: Miser est Imp. apud quem vera tacentur.
242. Expeditione felici rebellem Africam domat Gordianus, Gothis interea Imperium turbantibus.
243. Integræ passim Urbes terræ motu concidunt. Moritur Artaxerxes, succedit filius Sapores, qui Antiochiam Imperii expugnat.
244. Persas debellat Gordianus, & Mesopotamiâ, Scythas Mœsiâ pellit.
245. Insidiis & dolo Philippi Misitheus socer Imp. optimè meritus indignè occiditur, agitque Philippus ut Collega Imperii posceretur.
246. Tantum libido regnandi potest; ut jam Collega factus Imp. Philippus Gordianum è medio tolleret.
247. Imperii rebus in Oriente compositis, Philippus Romam occurrit, & Philippum f. Augustum creat.
248. Turbant Mœsiam ac Pannoniam Gotthi, mox à Philippo repressi. Origenes Fabiano Papæ se purgat.
249. Sancit multa præclarè Philippus, jam in Christi fidem propensus. Insurgunt Valesiorum & aliæ Hæreses.
250. Romani Imperatoris nomen assumunt. Tapianus in Orient. & Marinus in Pannonia, mox oppressi atque occisi.

251. Ex Inscriptionibus: *Numinis Majestatisq;* omissis titulis, liquet hoc primùm anno Philippos Impp. Christo nomen dedisse.

252. Philippi Impp. non obscurè jam Christiani, priusquam universo pietatem proderent, à Decio occiduntur, qui mox filium creat Cæsarem & in Christianos sævit.

253. Vitam gloriosè profundit S. Fabianus Papa, sede dein supra annum vacante. In Persas Imperium invadentes movet Decius.

254. Succedit Fabiano Cornelius. Decius victis Persis, in Gotthos ducens, ab his cum filio & exercitu universo trucidatur, Gallo cum filio Imperium invadente.

255. Inchoata sub Decio persecutio, ejus nomine continuatur, qua jussu Volusiani Cornelius patitur, cui Lucius subrogatur.

256. Bellum Æmiliano Tyranno dum parant Impp. hi & ille à conjuratis mactantur; succedit Valerianus. Moritur Origenes.

257. Imperii Collega renunciatus à patre Gallienus in Marcomannos movet. S. Lucius Papa Martyrio coronatur.

258. Tumultuatum passim, & Marcomannis repressis, Borani, Gotthi, Scythæ domandi. Successit Lucio PP. Stephanus.

259. Sanguinem sitiens Valerianus octavam indicit Persecutionem, contra quem in Oriente Eugenius salutatur Imp.

260. Valeriani occurrentis metu occiditur Eugenius Tyrannus. Patitur S. Stephanus Papa, succedente Sixto.

261\. Vix duos menses præfuit Sixtus & Martyrio coronatur, succedit Dionysius. Patitur S. Laurentius. Valerius in Illirico salutatur Imp.

262\. Turpiter proditus, victus, captusque à Sapore R. Valerianus equum scandenti servit scabelli loco. Territus ea re Gallienus à persecutione cessat.

263\. Rebellionibus Imperium dissipatur, plurimi salutantur passim Impp. qua occasione plurimi item ad fidem conversi.

264\. Occisis Tyrannis alii aliique insurgunt. Gallis, Germanis, Ægyptiis deficientibus, ignavissimus Imperator ridens: Et nùm, inquit, sine his esse non possumus?

265\. Macriani occisis filiis, Orientem Odenatus occupat, cui Augusti nomen ipse confert Gallienus. Censorinus item salutatus Imp. à suis occiditur.

266\. Mœonius Odenatum patruum occidit, mox ipse occiditur. Zenobia dein virilis animi fœmina imperante, & Imperium contra Persas propugnante. Obiit S. Gregorius Thaumat.

267\. Augusta Orientis Zenobia missum contra se Valerianum, cum exercitu profligat. Germani in Gallia & Italia triumphant.

268\. Illiricos tumultuantes reprimit Gallienus, inde cum Aureolo movet in Gallias.

269\. Trucidatur Gallienus cum Valeriano fratre, scelere Claudii Ducis, qui salutatur Imp. Scythæ Græciam vastant.

270\. Expeditione in Gotthos trecenta viginti millia internecione delet Claudius. Dacos item, Thraces, Scythas, & Germanos bello superat.

271\. Truculentior in Christianos Claudius, laudatissimus cæteroquin Princeps, peste moritur, cujus fratrem Quintillum Imperio & vitâ exuit primo mense Aurelianus.

272\. Vitâ excedit Dionysius Papa, succedit Felix. Concilio Antiocheno exauctoratus Paulus Samosatenus, dum ad Imp. provocat, ab hoc jubetur, Romano Pontifici acquiescere.

273\. Tyrannos profligat Aurelianus, Ægyptum recuperat, Constantium in Britanniam mittit. Persecutionem movens divinitus revocatur, pergit tamen.

274\. Insignem ex Oriente triumphum refert, eoque circumducit Zenobiam, quam tamen splendidè dein habuit.

275\. Victor cœlos ascendit Felix Papa, succedit Eutychianus. Constantinus Magnus nascitur.

276\. Aurelianus movens in Orientem contra rebelles Ægyptios penè fulmine tangitur, at motus compescit.

277\. Rebellibus domitis, scelere Notarii sui à militibus occiditur. Salutatur Imp. Tacitus, Princeps optimus.

278\. Victis Gotthis Scythisque in Persas ducens, immaturè moritur Tacitus, Christianorum fautor, succedit Florianus frater, mox occisus cum de Probo electo innotuisset. Manichæi se produnt.

279\. Confligit cum Francis & Germanis Gallias occupantibus Probus cæsis 40. millibus, & 60. Urbibus captis.

280.

280. Transgressus in Illiricum Imp. Sarmatas pellit, tum Græciæ motus componit. Bonosus & Proculus Galliam, Hispaniam & Britanniam Tyrannide occupant.

281. Exoptatissimo rerum successu imperat Probus, persecutione sublata, compositisque Orientis rebus, regressus Romam, de Germanis & Boemiis triumphat.

282. Rebellantes per absentiam Germanos denuò domat, Proculúmque ac Bonosum Tyrannos interficit.

283. Expeditione in Persas suscepta, insidiis militum occiditur Probus, succedit Carus, qui mox Martyrio afficit Eutychianum Papam, cui Cajus sufficitur.

284. Vitâ excedenti Caro, hoc an superiore anno Numerianus filius succedit, quo mox scelere Apri Soceri occisô Diocletianus à militibus Imp. salutatur.

285. Imperium sibi confirmaturus Diocletianus, Aprum, & mox Carinum Cari Imp. filium occidit, & Maximianum Collegam legit.

286. Varii Imperium affectant. Julianus in Italia à Diocletiano opprimitur. Carausius contra Saxones & Francos missus, & ipse desciscit. Romæ mirè exagitantur Christiani.

287. Maximianus Germanos Galliam infestantes profligat. Diocletianus Gothos & Scythas reprimit.

288. Vincit Quados & Marcomannos Diocletianus, Reversus Romam, & Collegam evocans de bello Africano & Ægyptio deliberat, Achilla illic imperante.

289. Differunt bellum Impp. & quinquennalia celebrant, dum hostes ipsi inter se mutuo confligunt.

290. Otio usi contra Christianos Impp. plurimos Martyrio afficiunt.

291. Laborante bellis plurimis Imperio, quisq; Impp. Collegam sibi adsciscit, e quibus Constantius in Britannos, Galerius in Germanos mittitur. Ipsi in Ægyptum & Africam movent.

292. Vitâ Carausium exuit Alectus, cujus classe vitatâ, Constantius Britanniam tenet, & feliciter pugnat.

293. Diocletianus ad societatem belli Ægypt. Galerium evocat. Victus apud Pelusium Achilles Alexandriam effugit. Contra Armenios rebelles mittitur Galerius.

294. Expugnat Alexandriam Diocletianus & Achillem perimit, hocque & sequenti anno Ægyptum subigit.

295. Sanctam Susannam recusante Galerii Cæs. conjugium, & Serenam propriam conjugem, pro fide occidi jubet Diocletianus. Collegæ Persas & Afros triumphant.

296. Cajus Papa S. Susannæ patruus patitur, succedit Marcellinus. Constantius contra Germanos Galliam repetentes pugnans victus, mox Victor 60. millia profligat.

297. Orbis Romanus hoc demum anno paci redditur, Narseo Persarum Rege, aliisque hostibus plenè domitis. Thebæos milites nunc passos, sed frustra contendit Baronius.

298. Hoc anno, pacatis jam provinciis, toti in extinguendam Christi fidem incumbunt Imperatores.

299.

299. Imperii pax summa, Persis arma ponentibus, Assyria, Mesopotamia & Armenia in provincias redactis.
300. Victo Oriente triumphant solemniter Impp. & Diocletianus pro Deo adorari vult.
301. Quietis rebus, ne Romæ solum in Christianos grassarentur Impp. eos toto orbe edicto damnant.
302. Orbis universus madet Christiano sanguine. Marcellinum Papam Diis thus adolevisse plurimi volunt, sed Augustinus & Baronius eum propugnant.
303. Victi metu quidam Africæ Episcopi SS. Codices tradunt, inde Traditores dicti, contra quos Cyrthæ Concilium celebratur, quod factum suum illi defenderent.
304. Triumphat laureatus Martyr Christi Marcellinus Papa, succedit Marcellus. Abdicant se sponte Imperio Diocletianus & Maxim. Impp. succedentibus Collegis.
305. Eliberinum in Bœtica Concilium celebratur. Continuatur passim Diocletiani nomine Persecutio.
306. Liberalissimus Imp. idemque Christianus Constantius moritur, succedente filio Constantino Magno.
307. Expetit denuò relictum Imperium Maximianus, & Diocletianum, sed frustra, concitat. Galerius Constantino insidias struit, sed iis detectis aufugit.
308. Imperator contra Constantinum salutatus à nonnullis ante biennium Maxentius, Romæ in

Christianos sævit, Constantino interea Bructeros bello domante, captumque Maximianum Massiliæ strangulante.

309. Roma, per occasionem incendii, tumultuatur, sed à Maxentio consopitur. Mortuo Marcello Papa, Eusebius sufficitur.

310. Bellum Ecclesiæ parat Arrius, meditatus nefandam Hæresim. Claret Magnus ille Antonius.

311. Ad preces Christianorum frustra confugit moriturus Galerius. Eusebius Papa vitâ excedit. succedit Melchiades.

312. Grandi clade Maxentium profligat Constantinus, sub signo S. Crucis, & erudiri de fide cupit. Maximinus in Oriente quiescit à persecutione.

313. In Germanos movet Constantinus, eosque domat; Licinium affinem in Orientem mittit. Diocletianus Christianæ fidei exaltationem contuens, & sibi metuens venenum sumit.

314. Vitâ functo superiore anno Melchiadi Sylvester sufficitur; sub quo statim plura Concilia celebrantur. Victus à Licinio Maximinus paulò post moritur.

315. Turpi defectione ut solus imperaret Licinius, à Constantino deficit. Victus ad Cybalas, Thracia, Asia & Ægypto contentus esse jubetur.

316. Iterum rebellis Licinius etiam Christianos persequitur. Constantinus Donatistas à Conciliis damnatos & ipse damnat.

317. Mirè sævit in Christianos Licinius, quem nunc primum ad Cybalas victum voluit Baronius.

318. In Imperium dum nihil molitur metu Constantini

tini Licinius, ille rem Catholicam in Occidente firmat.

319. Necquicquam dehortatur litteris Arrium Constantinus. Laodiceæ & Alexandriæ Concilia celebrantur.

320. Alemannos triumphat Crispus Constantini filius, quo anno utilissimas Reip. Christianæ leges condit Imp.

321. Magna felicitate Sauromatas & Scythas debellat Constantinus. Baronius aliter sensit.

322. Expeditionem in Licinium nova molientem, terra marique suscipit Imp. Baronius aliter, sed Victoris calculo probatur.

323. Triumphat aliquoties de Licinio Imp. captumque cedere Imperio cogit. Absente Imp. vexantur Romæ Christiani. S. Sylvester se occultare cogitur.

324. Victus toties Licinius, iterum nova moliens, cum filio occiditur. Reversus Romam Imp. baptizatur. Concilium Rom. 230. Episcoporum.

325. Legationibus gentium colitur Imp. Supplicium Crucis prohibet. Concilium Nycenum 318. Patrum, quo editum Symbolum.

326. A Gotthis pulsi Wandali partem Pannoniæ ab Imp. impetrant. Invenit S. Crucem Helena Aug. Constantini mater.

327. Summo adnisu fidem propagat Imp. Moritur Helena mater.

328. Designatus ante biennium Episcopus S. Athanasius, S. Antonium convenit. Gangrense Concilium celebratur.

329.

329. Alteram Romam, Constantinopolim, molitur Imp. Gallicanus. Voto facto Scythas triumphat, & fit Christianus.

330. Miranda celeritate absolvitur Constantinopolis & dedicatur.

331. Variis calumniis jam petitur ab Arrianis S. Athanasius. Donatus Hæresim suam spargit.

332. Visigotthi Imperium tentant. Templa Gentilium everti Edicto solemni jubet Constantinus.

333. Triumphat de Gothis, Sarmatis & Alemannis Imp. qui Thraciam invaserant.

334. Modo ipsi sese bello impetunt Gotthi ac Sarmatæ, obteruntque. Iterum Arriani Athanasium vexant.

335. Varia Conciliabula, Arriani & Eusebiani cogunt, damnantque Athanasium. Moritur fine anni S. Sylvester Papa.

336. Eligitur Pont. S. Marcus. Athanasius nec apud Imp. securus Treveris exulat. Arrius pessimè moritur. Partitur in filios Imperium Constantinus.

337. Decessit Constantinus Magnus bicipitis Aquilæ auctor, & coronæ aureæ gemmeæq; pro laurea gentilium Impp. Julius Papa Concilium Romæ celebrat.

338. Deficit Persa audita morte Imp. in quem movens Constantius, æger mirè curatur à Spiridione. Athanasius sedi redditur.

339. Athanasius novis calumniis petitus, ab Ægypti Episcopis Julio Papæ commendatur. Fratres Augusti ob hæreditatem contendunt.

340. Equo dejectus Constantinus Junior, contra fratrem

trem pugnans, incognitus obtruncatur. Constantius novem prælıis parum feliciter cum Persis confligit.

341. Rursum exauctoratur Athanasius in Conciliabulo Antioch. quem Concilio Rom. restituit Julius. Scythæ Pannoniam, Franci Galliam infestant.

342. Expellitur à Philagrio præside Athanasius, & Romæ Synopsin Scripturæ edit. Moritur Eusebius Hæresiarcha. Constans Francos bello domat

343. Terræmotu NeoCæsarea evertitur. Persæ in Christianos crudeles vincuntur à Constantio. Obiit S. Paulus primus Eremita.

344. Vexat Christianos Sapores R. Pers. sed Azadis Eunuchi mortem dolens, temperat, doctores solum fidei petens, quorum 16. millia (res memoratu digna) perit & peremit.

345. Turbare pergunt Ecclesiam Arriani, & novum fingunt Symbolum. Sed Julius Nicænum sufficere respondit. Infelix bello contra Persas Constantius.

346. Exorante Julium Constante, annuente etiam Constantio Concilium Sardicense celebratur.

347. Occidentis 300. Patres, Orientis 70. ad Concilium occurrunt, quo Arriani damnantur, absolvitur Athanasius.

348. Vincuntur Romani à Sapore ad Singaram. Celebratur Concilium Carthagin. & Donatistæ damnantur.

349. Ternis minacibus litteris, Constantium vel invitum cogit Constans, ut Athanasium restitueret.

350. Occiditur à Magnentio, exercitus Legato. Constans, illo & pluribus Imperium usurpantibus.

351. Sapores turbato Imperio Nisibin, sed frustra, obsidet. Parat exercitum in tyrannos Constantius, & Gallum creat Cæs.

352. Æstatem & annum fere totum exercitum parando insumunt Constantius & Magnentius. Obiit Julius Papa, succedit Liberius.

353. Vincit Magnentium Constantius, sed cruento prælio, & inter Christianos primo, quo utrinq; ad 50. millia cecidere, & ipse Tyrannus occubuit.

354. Quiete ad perniciem Catholicorum abusus, Monarcha Constantius, eos plurimum vexat; Liberius Papa Concilium Mediolani celebrari impetrat.

355. Episcopi 300. Mediolanum confluentes, jubentur à Constantio, vel exulare vel Athanasium damnare. Exulat Papa & optimi quivis. Julianus Cæsar dicitur.

356. Romæ triumphat de Magnentio Constantius, & ad preces nobilium fœminarum Liberium Papam revocat. Julianus contra barbaros infestantes Gallias mittitur.

357. Ex Quadis Sarmatisque Rhætiam & Pannoniam infestantibus, victis septem Regibus, Constantius & Julianus triumphum referunt.

358. Turbatur Roma, rejectoque Liberio Felix creatur, quod ille Athanasii damnationi subscripsisset. Felix Constantium damnans Martyrio coronatur. Nunc bella nupera confecta.

359. Universus Orbis, repentè se Arrianum miratur,

Constan-

Constantii maximè opera & scelere. Liberius resipiscens à Catholicis recipitur & agnoscitur.

360. Salutatur jam alterâ vice Imp. Julianus, indignè ferente Constantio, quem bellum Persicum distinebat. S. Hilarius frustra audiri rogat.

361. Vitâ excedit morbo, an mœrore Constantius. Juliano aperto jam Marte Imperium sibi vendicante, & mox à morte Constantii, fidem, quam simulaverat, ejurante.

362. Turpissimus fidei desertor prætorianos omnes jubet Deos colere. inde Valentinianus, Valens & Jovianus cingulum posuere, omnes postea Impp. facti. Athanasius ad sedem suam revertitur, & paulò post pellitur.

363. Amat Judæos in odium Christi Julianus, minatusque extrema Christianis, in Persas movens, miserè perit, inter blasphemias, succedit Jovianus Catholicus Imp.

364. Gravi bonorum omnium luctu moritur sanctus Imp. Jovianus, ætat. 33. succedit Valentinianus, qui Valentem fratrem Collegam adsciscit.

365. In Orientem missus contra Procopium Tyrannum Valens, Arrianis conjungitur & infeliciter pugnat. Germani Galliam vastant.

366. Laborat miserè sub Valente Oriens. Victor Procopius mox vincitur. Jovinus contra Germanos missus eos profligat.

367. Bello Germanico Scoticoque superiores Romani. Gratianus à Valentiniano patre Collega dictus. Liberio PP. succedit Damasus.

367. Ortum Schisma Ursicino Antipapa Urbe pulso componitur. Nicæa terræ motu funditus corruit.

369.

369. Malè pugnat contra Gothos Valens, dum Catholicos exagitat, pax denique turpis facta. Theodosius Alemannos superat.

370. Valens plurimos Cathol. exulare jubet; S. Basilium pulsurus divinitus impeditur. Audiens successorem fore, cujus nomen à Theod. inciperet, omnes ejusmodi Imperio aptos interficit, servato qui tunc aberat Theodosio.

371. Numinis voluntate superstes Theodosius contra Firmum Tyrannum in Africam mittitur. Junior Theod. Sarmatas triumphat.

372. Ruffinus, Melagria, Hieronymus, Evagrius aliiq; illustres celebrantur. Moritur S. Hilarion Abb.

373. E medio tollit Theodosium Sen. ingratus Imp. postquam is Tyranno Orientem liberasset. Apollinaristæ Concilio Rom. damnantur.

374. Turbant Imperium Sarmatæ Quadique. Ambrosius creatur Episcopus.

375. Æternum Galliæ decus S. Martinus fit Episcop. Turon. Valentinianus dum in Quados movet, subita sanguinis eruptione obiit.

376. Æqualem, raro exemplo, summo in honore asciscit Valentinianum Juniorem Gratianus Imp. Hunni in Gothorum sedes, hi in Thraciam commigrant.

377. Recepti Valentis jussu in Thraciam Gotthi, dum indignè tractantur, non precariò, sed belli jure eam obtinent.

378. A Valente vocatus contra Gothos Gratianus, ex itinere Alemannorum ad 40. vel 70 millia cædit. Valens eo non expectato vincitur, & in casula exuritur. Gratianus etiam Oriente potitur.

379. Po-

379. Potestatis nimiæ non tam amans, quam societatis Gratianus Theodosium Jun. Collegam legit. Hi verè Catholici fidei consulunt.

380. In valetudine Theodosii comperta Gotthi, Thraciam, Epirum, Macedoniam & Pannoniam invadunt, quos reprimit Gratianus.

381. Enervati variis Synodis Arriani contabescunt. Fridigerni Gotthorum Regi succedit Athanaricus, qui pace firmata obiit Constantinopoli.

382. Duo Concilia celebrantur, Rom. & Constantinopolitanum, in illo Hieronymus Helvidium triumphat.

383. Maximus Britannici exercitus Dux Imperium invadit, in quem movens Gratianus, dolo circumventus occiditur. S. Ursula cum soc. patitur.

384. Ex morte Gratiani occasionem captans Symmachus Urbis præfectus Deorum cultum restitui orat, recusante Valentino non Orthodoxo.

385. Damnatur Priscillianus Concilio Burdegalensi. Maximus occupatâ superiore anno Hispania rem suam promovere pergit.

386. Interitum prædicit Maximo Tyranno S. Martinus Turon. Episc. Concilium Romæ cogitur contra Clericos incontinentes.

387. Fugit ad Theodosium cum matre Arriana Valentinianus, Maximo Italiam invadente.

388. Theodosii statuam dejiciunt Antiocheni, ob tributum pro bello occidentali impositum, quod graviter ulciscitur. Bis victus à Theodosio Maximus, occiditur Valentinianus fit Catholicus.

389. Exceptus summo plausu Romæ Theodosius,

cum

cum filio & Valentiniano triumphat. Italia denique plenius convertitur, etsi non integrè.

390. Necem præfecti militum graviter ultus Theodosius ad 7000. Thessalonicensium trucidari jubet, ob hoc Ecclesiâ prohibitus à S. Ambrosio.

391. Ex Occidente digreditur Theodosius, Theodosiano prius Codice per Italiam promulgato. Scythæ infesti Imperio profligantur. Agape è templis sublata ob abusum.

392. Magnæ rursum turbæ, Valentiniano nocte per Arbogasten Comitem strangulato, hic Eugenium Ethnicum Collegam assumit.

393. Orienti prius prospiciens Theodosius, Honorio filio ad Imperium evecto, ipse cum Stilicone in Tyrannos movet.

394. Numinis prodigiosâ ope Arbogasten & Eugenium vincit Theodosius, hoc capto & occiso, illo seipsum perimente. Conciliabulo Bagajensi Donatistæ litigant.

395. Rebus compositis, præsentibus filiis & S. Ambrosio, moritur Theodosius, Ruffino Imperium invadente, quem Stilico sustulit, mox Eutropio Occidente pessum dante.

396. Ex illustrioribus celebrantur nunc Ambrosius, Augustinus, Prudentius, Claudianus Poeta &c. Marcomannos convertit Ambrosius.

397. Pellit ex Oriente Apollinaristas Arcadius. Stilico captum Marcomirum Francorum Regem mittit Cæsari. Moritur S. Ambrosius.

398. Imperium usurpant etiam Gilda & Gainas. Siricio Papæ mortuo succedit Anastasius.

399.

399. Bello coactus à Gaina Arcadius indigna paciscitur. Plura hoc & superiore anno Concilia celebrata.

400. Iterum plura Concilia, quibus Origenis errores damnati. Victus tandem ab Imp. Gaines occiditur. Alaricus Rex Pannoniam invadit.

401. Turbat Italiam bello Alaricus. Hunni subactis Dacia & Sarmatia Pannoniam petunt, quorum 125. millia cæsa sunt.

402. Stilico adducto è Rhætia exercitu, Alaricum memorabili strage profligat & ejicit. Innocentius Anastasio PP. succedit.

403. Victus, nunc pacem ambit, & datâ in Epirum redit Alaricus. Concilium Carthag. Africæ Episcoporum. Chrysostomus sede dejicitur.

404. Vetans ludos ad Eudoxiæ Imp. statuam Chrysostomus nunc sedi restitutus, mox denuò ejicitur.

405. Toleti Concilium celebratur. Honorius Imp. Donatistas legibus ita premit, ut plerique Hæresim ejurarent.

406. Orbem pervertere conantur Pelagius & Vigilantius. Vandali duce Mogogisilo Gallias irrumpunt.

407. Germaniam iidem vastant. Britanniam Gratianus, mox Constantinus Tyranni occupant. Radagaisus cum 200. millibus Italiam invadit, sed profligatur. Moritur Chrysostomus. Arcadius excommunicatur & absolvitur.

408. Excedit è vivis Arcadius. Honorius Olympii scelere & consilio Stiliconem è medio tollit.

409. Turbata à morte Stiliconis omnia. Alaricus Romam obsidet. Vandali Hispanias occupant. Deficiunt Britanni & Armorici.

410. Urbem expugnat, & incendio vastat Alaricus. Vandali in Gallia cæsi, duce occiso. Accitis dein socius annuente Honorio in Hispanias admissi, ipsi Bœticam, Alani Lusitaniam occupāt.

411. Siciliam petens Alaricus repentè moritur. Honorius Deo gratus, rem Catholicam promovet. Tyrannos opprimit.

412. Victorias plurimas de Maximo, Jovio, Sebastiano aliisque refert Honorius, duce Constantio, Ataulphus Gallias occupat.

413. Vix invadit Tyrannidem Heraclianus & opprimitur, victus, cum in Italiam 3700. navium classem duceret. Burgundiones se dedunt Imp.

414. Subigit Attalum Tyrannum in Gallia, & rebelles Britones Imperator. Galli Treverim evertunt, & Brabantiam occupant.

415. Theodosius Pulcheriam sororem Augustam creat, Attalus captus in triumphum ducitur, & amputata manu moritur.

416. Innocentius Papa Hæreses evertit. Concilium Carthaginense & Millenitanum celebratur.

417. Succedit Innocentio Zosimus PP. quem frustra Pelagius & Cœlestius simulatione tentant.

418. Aliud rursum Concilium 214. Episcoporum Carthagine celebratur, contra Pelagium. Moritur Zosimus Papa.

419. Turbatur nonnihil Ecclesia Eulalio contra Bonifacium electo, mox rejecto. Sancita cum Visigothis pax, Suevis, Vandalis & Alanis, idem, sed frustra petextibus.

420. Imperii Collega Constantius eligitur. Vandali Bœtica ejecti.
421. Obiit Constantius Aug. de Rep. meritissimus, Isdegerdi R. Persarum succedit Varanes filius qui bello dein Romanos petiit.
422. Magnâ clade profligantur Romani à Vandalis in Hispania. Venetiarum initia celebrantur.
423. Excedit è vivis Honorius, Joanne quodam Imperium Occidentis invadente. Bonifacio succedit Cælestinus.
424. Nihil non tentat vilis Tyrannus Joannes, repulsus ab Africa, hoc ipso anno, quam armis tentaverat.
425. Theodosium Imp. contra Scythas pugnantem, cælum prodigiosè juvat. Aspar Divina ope Joanna. Ætius Gotthos opprimit.
426. Vincit Castinum, Africam invadentem Bonifacius Dux.
427. Exosus nonnullis Bonifacius, tyrannidis insimulatur, & bello petitus sæpè triumphat, sed majora metuens, Vandalos in Africam vocat.
428. Surgit novus Tyrannus Attila, ab Hunnis Rex designatus, qui Germanos sibi devinciens Græciam populatur. Bonifacius Cæsari reconciliatur, & jam hostis Vandalorum ab his penè opprimitur.
429. Superiore anno electus Episcopus Nestorius, hæresim nunc spargit.
430. Etiam Cælestinum Papam volens sibi adjungere Nestorius, ab eo Concilio Rom. damnatur; sed & Ephesino. Obiit Augustinus.
431. Aspar in Africa à Vandalis vincitur. Damnatur

dicto

409. Turbata à morte Stiliconis omnia. Alaricus Romam obsidet. Vandali Hispanias occupant. Deficiunt Britanni & Armorici.

410. Urbem expugnat, & incendio vastat Alaricus. Vandali in Gallia cæsi, duce occiso. Accitis dein socius annuente Honorio in Hispanias admissi, ipsi Bœticam, Alani Lusitaniam occupāt.

411. Siciliam petens Alaricus repentè moritur. Honorius Deo gratus, rem Catholicam promovet. Tyrannos opprimit.

412. Victorias plurimas de Maximo, Jovio, Sebastiano aliisque refert Honorius, duce Constantio, Ataulphus Gallias occupat.

413. Vix invadit Tyrannidem Heraclianus & opprimitur, victus, cum in Italiam 3700. navium classem duceret. Burgundiones se dedunt Imp.

414. Subigit Attalum Tyrannum in Gallia, & rebelles Britones Imperator. Galli Treverim evertunt, & Brabantiam occupant.

415. Theodosius Pulcheriam sororem Augustam creat, Attalus captus in triumphum ducitur, & amputata manu moritur.

416. Innocentius Papa Hæreses evertit. Concilium Carthaginense & Millenitanum celebratur.

417. Succedit Innocentio Zosimus PP. quem frustra Pelagius & Cœlestius simulatione tentant.

418. Aliud rursum Concilium 214. Episcoporum Carthagine celebratur, contra Pelagium. Moritur Zosimus Papa.

419. Turbatur nonnihil Ecclesia Eulalio contra Bonifacium electo, mox rejecto. Sancita cum Visigothis pax; Suevis, Vandalis & Alanis, idem, sed frustra petentibus.

420.

420. Imperii Collega Constantius eligitur. Vandali Bœtica ejecti.

421. Obiit Constantius Aug. de Rep. meritissimus, Isdegerdi R. Persarum succedit Varanes filius qui bello dein Romanos petiit.

422. Magnâ clade profligantur Romani à Vandalis in Hispania. Venetiarum initia celebrantur.

423. Excedit è vivis Honorius, Joanne quodam Imperium Occidentis invadente. Bonifacio succedit Cælestinus.

424. Nihil non tentat vilis Tyrannus Joannes, repulsus ab Africa, hoc ipso anno, quam armis tentaverat.

425. Theodosium Imp. contra Scythas pugnantem, cælum prodigiosè juvat. Aspar Divina ope Joanna. Ætius Gotthos opprimit.

426. Vincit Castinum, Africam invadentem Bonifacius Dux.

427. Exosus nonnullis Bonifacius, tyrannidis insimulatur, & bello petitus, sæpè triumphat, sed majora metuens, Vandalos in Africam vocat.

428. Surgit novus Tyrannus Attila, ab Hunnis Rex designatus, qui Germanos sibi devinciens Græciam populatur. Bonifacius Cæsari reconciliatur, & jam hostis Vandalorum ab his penè opprimitur.

429. Superiore anno electus Episcopus Nestorius, hæresim nunc spargit.

430. Etiam Cælestinum Papam volens sibi adjungere Nestorius, ab eo Concilio Rom. damnatur; sed & Ephesino. Obiit Augustinus.

431. Aspar in Africa à Vandalis vincitur. Damnatur

dicto

dicto Concilio] Oecumenico Ephesino Nestorius. Fluctuat primum Theodosius, sed mox Hæresiarcham rejicit.

432. Turbatur Italia Bonifacio & Aetio collisis, hic ab illo vincitur. Bonifacius paulò post moritur. Cælestino Sixtus subrogatur.

433. Insimulatus stupri Xistus PP. publicè se purgat. & Bassum accusatorem paulò post mortuum, suis manibus sepelit.

434. Tentant armis Imperium Visigotthi & Burgundi, dum Aetius Cæsari reconciliatus Francos avertit.

435. Exuruntur Nestorii libri. Domat Burgundos Aetius, quos Hunni paulò post omninò deleverunt.

436. Ejicit denique & in famosissimum exilii locum relegat Nestorium Theodosius, ubi ille miserè periit. Theodoricus Rex restaurat bellum, & à Narbona repellitur.

437. Seditione in Gallia Romani, sed & Visigotthorum armis vexantur. Valentiniani Imp. nuptiæ celebrantur.

438. Summo cum apparatu corpus S. Joan. Chrysostomi Constantinopolim transfertur. Turbant Imperium Barbari.

439. Eudocia Aug. Jerosolymis refert fascias Christi & vincula Petri. Littorius Dux à Gotthis vincitur. Carthaginem dolo capit Rex Gensericus.

440. Excedit vitâ Sixtus PP. succedit Leo Magnus. Gensericus Siciliam petens cognito adventu Sebastiani Ducis revertitur.

441.

441. Movente in Vandalos Theodosio, Gensericus pacem flagitat, & impetrat, quod Hunni Imperio imminerent, etsi hoc anno repressi.

442. Magno exercitu Hunni Thraciam & Illiricum vastant, auro ab Imp. aversi. Vasionense Concil. celebratur, Baronio Vasatense.

443. Victoriis pluribus dilatat Regnum Clodion Francorum Rex. Manichæi in Italia premuntur.

444. Ut Regno & opibus cresceret Attila, Bledam fratrem perimit. Concilium Romæ cogitur contra Manichæos.

445. Turbatur seditione Bizantium, plurimis cadentibus. Laborat eodem anno Roma nova peste & fame maximis.

446. Orbis ferè omnis grandi terræ motu concutitur. Theodosius pacem ab Attila auro redimit. Scoti Britannos subigunt.

447. Sepulchra gentilium violantibus Christianis, illud edicto vetat Valentinianus Imp. Concilium Celenense contra Priscillianistas.

448. Ætate exactâ moritur Clodion Rex, succedit Merovæus. Eutyches contra Nestorium scribens ipse labitur.

449. Victi à Scotis Britanni Anglo Saxones evocant, qui proprium in Hibernia Regnum condunt. Pseudosynodo Ephesinâ Eutyches absolvitur. Dioscorus ipsum Rom. Pont. excommunicat.

450. Quingentorum millium exercitu obterit Burgundos Attila, & in Galliam movet. Moritur Theodosius, succedit Marcianus.

451. Ex Attila triumphat Aetius, cadentibus utrinq;

162. millibus. Meroveus Rex Aetio adfuit. Chalcedonense 600. Patrum Concilium cogitur.

452. Collecto rursum exercitu Attila Italiam invadit, à S. Leone, ut Romam tentaret persuasus. Venetiæ fugientium concursu auctæ.

453. Scribit Jornandes, Attilam ab Alanis ad Ligerim victum. Moritur Pulcheria Aug. Celebrantur Concilia Arelatense & Andegavense.

454. Obitu Attilæ illustris annus, tristis Aetii indigna morte, à Valentiniano Imp. interempti, cujus ipse Servator fuerat.

455. Nudatus præsidio Imp. à Maximo perimitur, concitatis in ipsum Aetii satellitibus. Maximus invadens Imp. & vi comprimens Augustam, evocato ab ea Genserico, fugiens à Rom. dilaniatur.

456. Gensericus totam occupat Africam. Avitus nuper salutatus Imp. insidiis peti se intelligens Imperium abdicat.

457. Ad opprimendos Tyrannos arma parans Marcianus moritur, succedit omnium Voto Leo Thrax. Majoranus fit Occid. Imp.

458. Majoranus expeditionem in Africam suscipit. Theodoricus Rex Galliam armis vexat.

459. Apostolicæ sedis Legatis præsentibus Concilium Constantinopoli celebratur. Majoranus Lugdunum expugnat. Obiit Rex Meroveus.

460. Nunc demum Gensericus, Majorano usque in Hispanias progresso pacem petit, & impetrat.

461. Optimus Imp. Majoranus fraude Severi occiditur. Moritur S. Leo Magnus, succedente Hilaro.

462.

462. Potitus Imperio per parricidium Severus, Genſericum reprimit. Theodoricus Narbone per proditionem potitur.

463. Æterno merito, Hilarius PP. Cyclum Paſchalem novum confici curat. Concilia Arauſicanum, Carpentoract. & Vaſenſe (non Vaſatenſe, ut vult Baronius) celebrantur.

464. Ricimer Alanos Italiam vexantes profligat. Theodorico Regi mortuo ſuccedit Evaricus, qui mox Gallias & Hiſpanias bello petit.

465. Perit veneno Severus Imp. Ricimeris, ut volunt, dolo. Genſericus Alexandriam uſque omnia populatur.

466. Triumphat mirè de Evarico Rege Gallias premente Ecdicius. Vandali à Macellino Duce Siciliâ pelluntur. Britanni à Scotis victi.

467. Simplicius Hilaro PP. ſuccedit. Anthemius ſalutatur Imp. Occid.

468. Exercitus Hunnorum à Ducibus Leonis Imp. profligatur. Galli deficiunt implorata Barbarorum contra Rom. ope.

469. Octennium exul, metu ſuorum, Childericus R. regnum repetit. Britanni non ſemel de Anglo-Saxonibus triumphant.

470. Imperator Leo, Aſparem cum filio Ardaburio proditionis reos mactari jubet.

471. Socero Anthemio necem parat Ricimer, re proditâ veniam orat.

472. Summa perfidia, Anthemium Imp. necat Ricimer, Olybrio ſubrogato. Ipſe ulciſcente Numine mox miſerè perit.

473. Vitâ exuitur Olybrius, succedit Glycerius, quem statim bello petit Vindemius Ostrogotthorum Dux, muneribus denique adversus.

474. Imperatori Leoni succedit Leo Junior, qui Zenonem patrem Collegam adlegens, paulò post moritur. Julius Nepos Glycerium pellit.

475. Termino Imperii Occid. instante, Orestes militum præfectus Nepotem deturbat, & Momilum filium dictum Augustulum Imp. creat.

476. Evocatus ab exule Nepote, Odoacer Herulus, Oreste occiso & Augustulo ejecto, fit primus Rex Italiæ. Zeno Imp. Orient. à Basilisco pellitur.

477. Armati Exconsulis opera Basiliscus vinctus Zenoni traditur, & fame perit. Consularem dignitatem opprimit Odoacer, & Euarico Regi sociatur. Terræ motu fœdatur Constantinopolis.

478. Struit collapsa Zeno Imp. propagat Regnum Childericus.

479. Ut regnum stabiliret Childericus, Odoacrem & Anglo Saxones sibi conciliat. Obiit S. Lupus Trecensis Episc. Galliæ decus.

480. Afflictissimo Reip. Christianæ statu, Arrianis & Barbaris omnia regna tenentibus, & collapso omninò Occid. Imperio, tantis malis medicus nascitur, ex Augusta Aniciorum gente S. P. BENEDICTUS.

481. Constantinopolim expugnaturus Theodoricus Rex, suorum insidiis territus regreditur, & mox moritur. Hunericus in Catholicos sævit.

482. Impius Zeno Enoticon suum edit, Catholicos omnes decepturus. Idem novis seditionibus vexatur.

483. Ex-

483. Excedit è vita Simplicius Papa, poſt quem Felix creatur. Epiſcopos & Clericos *4966.* relegat Hunericus.

484. Decedit à vermibus corroſus Hunericus, ſuccedit Gundabundus. Moriuntur Childericus & Euricus Reges.

485. Ærumnoſiſſima tempora, quibus totus in evertendis Catholicis Orientis Imperator erat. Invenitur corpus S. Barnabæ.

486. Virus Eutichianum per Orientem, Neſtorianum per Syriam & Perſidem invaleſcit.

487. Quatitur novis motibus Oriens, Theodorico Rege Zenonem deſerente & everſum volente. Odoacer Rugios in Norico debellat.

488. Italiæ bellum indicit Theodoricus. Clodoveus Romanos Gallia ejicit.

489. Superatus tribus prælis Odoacer, Ravennæ ſe includens à Theodorico obſidetur. Vandalica per Africam perſecutio recrudeſcit.

490. Illuſtriores viri Cæſarius Arelat. Leontius Monachus & alii celebrantur. Odoacer obſeſſus tenetur.

491. Nunc denique ſcelerum dat pœnas Zeno, & vivus ſepelitur. Ariadna Aug. Anaſtaſium evehit. Odoacer quartò vincitur cum erumperet.

492. Æternitate mortalitatem mutat S. Felix Papa, ſuccedit Gelaſius. Longinus Zenonis frater contra Anaſtaſium inſurgit. In Italia, Gallia & Britannia pugnatur.

493. Victus tædio obſidionis Odoacer, paciſcitur cum Theodorico, ut pariter regnarent, paulò poſt ab hoc in convivio occiſus.

494. Theodoricus Catholicis favet, etsi Arrianus. Concilium Romæ celebratur. S.P. Benedictus mundum deserit ætat. 14.

495. Æquior Catholicis Theodoricus, multas consequitur victorias. Iterum Romæ Concilium cogitur.

496. Superat prælio Isauros in Cilicia Anastasius Imp. Trasimundus Rex mitius agit cum Catholicis. Gelasio Papæ succedit Anastasius.

497. Unionem Ecclesiæ Orient. cum Occid. urget per Legatos Anastasius Papa. Claret S. Fulgentius Ruspensis Episc.

498. Anastasio PP. succedit Symmachus, contra quem Laurentius quidam eligitur. Sed laborat ipse in tollendo Schismate Rex Theodoricus.

499. Clodovæus Rex Voto de fide suscipiendo facto, triumphat de Alemannis, & baptizatur. Profligatur exercitus Imp. à Bulgaris.

500. Insigniter demeretur Romam Rex Theodoricus. Gundebaldus Burgundiæ Rex à Clodovæo vincitur.

501. Scelestissimus Imp. Anastasius, Catholicos in theatro clausos trucidari jubet. Concilium Rom. in causa Symmachi celebratur.

502. Symmachus juri suo cedens judicari vult, & innocens pronunciatur. Bulgaros Thraciæ infestos, auro avertit Anastasius.

503. Victi tres Anastasii Duces à Persis, & pax auro empta. Bulgari Pannoniam infestant.

504. Refert Triumphum ex Bulgaris Rex Theodoricus, & Sirmiensem Pannoniam subigit. Hunni Persiam invadunt.

505. Victus à Scythis Imp. exercitus. Anastasius sub Orthodoxo nomine Hæresim stabilire molitur.

506. Tractatur de disciplina Eccles. Concilio Arelat. Arriano Episcopo baptizante in nomine Patris, per Filium, in Spiritu Sancto, aqua evanescit.

507. Ulterius agitur de disciplina Eccles. Concilio Aurelian. Clodovæus & Alaricus Reges graviter colliduntur.

508. Fortiter rem agit Clodovæus, & victo Alarico, regnum auget. Periculosè æger à S. Severino Abbate curatur.

509. Ægritudine mirè liberatus idem, Gotthicum bellum conficit, cui Anastasius Imp. gratulatur.

510. Idas Britanniæ Rex Pictos & Scotos superat. Boetius hujus anni Consul, primus Aristotelem latinè vertit.

511. Theodoricus R. Almarici pueri curam habens, Gesalaricum ex Hisp. profligat, ipse Regnum retinens, donec puer adolesceret. Anastasius Imp. doctissimos quosq; pervertit sive evertit.

512. Iterum magna seditio in Oriente Catholicos inter & Hæret. multo sanguine constans. Prolatat Regnum victis hostibus Clodovæus.

513. Convertitur ad fidem Alamundarus Saracenorum Princeps, & scitè Eutychianos eludit.

514. Illustrissimus ille re & nomine Cassiodorus, postea Monachus, solus nunc Consulem agit. Moritur Clodovæus, & Symmachus Papa, cui Hormisda sufficitur.

515. Milites populumq; alienatos ut conciliaret Imp. Hormisdam ad Concilium convocandum persuadet

persuadet, & Legatos splendidè excipit. Hunni Cappadociam vastant.

516. Ad Vitalianum inclinata populi studia, quod Catholicus esset, ad se retrahit simulatione Anastasius, & illum in ordinem redigit. Ipso anno cum Hunnis paciscitur.

517. Romam evocatur ab Hormisda S. Benedictus, eique Lateranensis Ecclesia committitur. Theodoricus Danos, regni fines vastantes internecione delet.

518. Orbis & Ecclesia grandi peste liberantur, Anastasio Imp. ictu fulminis pereunte. Succedit Justinus optimus & nobilissimus genere (non obscurus) Imperator.

519. Triumphat de Hæreticis Justinus Aug. in Oriente atque occidente plaudentibus mirè Catholicis.

520. In tanto plausu, Vitalianus Dux, nuper penè Imperator, Eutychianum se prodit, & reus Tyrannidis 17. vulneribus confoditur.

521. Designatus hoc anno Consul Justinianus spectacula edit. Innotescit virtus Belisarii, grandi nunc strage Persis edomitis.

522. Optumorum Principum Consulatu illustris annus, Symmachi & Boetii. Percellit Orbem fama S. Benedictus. Zatus Cholcorum Rex convertitur.

523. Romæ decedit Hormisda, succedit Joannes. Boetius à Theodorico Rege in exilium mittitur.

524. Persiam turbant Manichæi, filium Regem contra

tra patrem armantes, quo victo pater in eos plurimum sævit.

525. Rex Theodoricus cogit Joannem Papam legationem pro Arrianis ad Imp. suscipere, ille autem Justino contrarium suadet. Antiochia terræ motu concidit.

526. Ex Oriente reversum Papam, tanquam re malè gesta, Rex in Carcerem conjicit, eoque paulò post mortuo Felicem obtrudit, ipse eodem anno moritur & damnatur.

527. Pacis Orientalem inter & Occid. Ecclesiam author Justinus, Justinianum sororis filium successorem designat, & post m. 4. moritur.

528. Movens in Burgundos superiore anno Clodomirus Gall. Rex, cæso Sigismundo R. nunc omninò eos profligat, ipse tamen occumbit.

529. Ex Italia denique Idololatriam omninò exterminat S. Benedictus, ultimus gentis Apostolus, & Casinum expiat. Idem hoc ipso tempore sacras Monachorum leges, uti Justinianus Imp. fratruelis Prophanas & Imperiales orbi condit. Victi à Gallis Thuringi, & Persæ à Belisario.

530. Subigit Armeniam victis denuò Persis Belisarius. Moritur Felix Papa, succedit Bonifacius, contra quem lectus à nonnullis Dioscorus.

531. Occurrit Romam denuò vocatus ad Concilium S. Benedictus, & exoratus, omnis Urbis Ecclesias Monachorum coloniis instruit. Belisarius suorum seditione à Persis, Amalricus à Galliæ Regibus vincitur.

 532.

532\. Victo pulsoque Godemaro Burgundo, Regnum Galliarum Reges partiuntur. Mortuo Cabade Persa Chosroas filius pacem petit. Belisarius tyrannos premit.

533\. Justinianus ipse Imp. felicissimum hunc annum prædicat, pace orbi reddita, Europa, Asia & Lybia à se subjugatis.

534\. Vandalos vincit, & Africam subjicit Belisarius. Athalarico Italiæ Regi mortuo, succedit Theodatus, à quo Italiam repetere parat Justinianus.

535\. Missus in Italiam Belisarius Italiam recuperat, & Theodatum grandi clade afficit. Mundus Dux Gotthis cæsis suæ immoritur victoriæ. Post Joannem Agapetus præest.

536\. Victoriis prosequente Belisario, Theodatus Agapetum pro pace mittit ad Imp. & eo mortuo Sylverium obtrudit, susceptum schismatis metu, Monachum alias laudatissimum.

537\. Debellat Hæreses per suos S. Benedictus, & ad fretum usque Herculeum colonias mittit. Gotthi suum Regem Theodatum occidunt, & Vitigem creant. Belisarius Roma & Neapoli potitur.

538\. Obsidet Romam cum 150. millibus Vitiges à Belisario repulsus, hic captum Sylverium ad Imp. mittit, & Vigilium creari curat, illumque reversum Vigilio tradit.

539\. Bellum violata pace parat Chosroas. Sylverius ex ipso exilio Vigilium damnat. Vitiges furorem in Mediolanum vertit.

540\. Exul moritur S. Sylverius, primus è nigrorum Ord. Pont. Max. vivente etiamnum S. Benedicto.

ſto. Nunc primum pro Schiſmate vitando agnoſcitur Vigilius. Beliſarius captis Italia & Vitige, hunc in Orientem ducit.

541. Bellum reſtaurant Gotthi Ildobaldo, mox Alarico, & hoc occiſo, Totila, Regibus creatis. Abares 16. millium claſſe Siciliam invadunt, & occiſo cum ſociis S. Placido Abb. omnes mari merguntur.

542. Alter Attila Totilas, receptâ Italiâ, terrens terretur à S. Benedicto. Beliſarius Choſroam bello proterit.

543. Hoc tandem anno moritur magnus ille Benedictus, multorum millium Sanctorum pater verè Admirabilis, cujus Regulæ poſt SS. Eccleſiæ Sacramenta fructus præcipuus celebratur.

544. Tentat Sergiopolim Choſroes, quæ prodigiosè ſervatur. Peſtis per malos Angelos immiſſa 50. annis orbem vexat.

545. Exorante Vigilio Beliſarius contra Totilam mittitur, & pax cum Choſroa ſancitur. Procopius finit hiſtoriam.

546. Romam obſidet Totila Peruſio capto. Narſes etiam in Italiam mittitur. Juſtinianus in errores labitur.

547. Expugnata dolo urbe Totilas, cum pacem negaret Imp. Capitolium incendit, & mœnium 3. partem evertit. Beliſarius poſt 40. dies urbem recipit.

548. Per vim agente Juſtiniano, evocatus ſuperiore anno Vigilius, petita ejus ad Concilium Gen. rejicit. Beliſario revocato, nutat Italia.

549.

549. Movente litem Ecclesiæ Justiniano plurimi deficiunt, & Totilas universa ferè Italia potitur.

550. Expugnat denuò Romam Totilas, proditione Isaurorum, & quam nuper vastavit, restaurat. Potitur etiam Sicilia. Mittitur in Italiam Germanus.

551. Sacris se magis immiscente Imp. schisma crescit, & ulciscente Numine Cæsareani exercitus passim pereunt.

552. Initio anni fugit ex Oriente Vigilius, cui se submittit Justinianus. Missus in Italiam Narses triumphat.

553. Victoria memorabili potitur Narses, ipso Totila, & mox Teja successore ultimo Italiæ Rege, interfectis. Concilium Generale Constantin.

554. Bellum Gotthicum excipit Gallicum, cum ii Reges per has turbas aliquot Italiæ provincias occupassent, & nunc cum 72. millibus occurrerent, quos exhausto morbis exercitu vincit Narses.

555. Aur. Cassiodorus ex V. C. Monachus Vivariensis, & Dionysius Exiguus celebrantur. Vigilio Papæ succedit Pelagius.

556. Hoc anno, superioris cladem Persis rependunt nostri. Compositis rebus Orientis, Occidens schismate turbatur, nonnullis Episcopis quatuor tantum Concilia probantibus.

557. Armeniæ & Colchidi, præficit nepotem suum Imp. & pacem Persis concedit. Saxones & Thuringos bello domat Clotharius Rex Galli.

558. Rege Childeberto mortuo, fit Monarcha Clotharius;

tharius. Belisarius jam decrepitus Hunnos domat. Pestis Constantinopolim vexat.

559. Effulget in Gallia S. Marculphus Abbas, à quo Regibus gratia curandi strumas impetrata. Radegundis Regina fit monialis.

560. Vitâ excedenti superiore anno Pelagio Joannes successerat, qui nunc totus est in Hæresibus evertendis. Convalescit mirè Martyrum ope Imp. SS. Maclovius & Brendanus Fortunatas usque ad Insulas Christi fidem propagant. Claret S. Leonardus & plurimi SS. Monachi.

561. E summo fortunæ fastigio, ad ima truditur Belisarius, paulò post restitutus. Maximi Principes cucullum exambiunt.

562. Rem litterariam mirè promovet Aur. Cassiodorus, è Consule Rom. Monachus & Ludimagister humillimus, qui nunc Combutum scribit.

563. Turpiter labitur Justinianus involvens se rebus Eccl. S. Sampson. ex Mon. & Abb. fit primus Dolensis Episcopus.

564. Victus rebellis Chramnus à patre Lothario, dum in casam confugit exuritur. Moriuntur SS. Gildardus & Medardus fratres, eâdem die.

565. Commendatissimus à S. Agathone Papa Justinianus Imp. moritur, succedit Justinus nepos. Moritur & Clotharius Rex relictis quatuor filiis.

566. Justinus rei Catholicæ studet, & Abarum legatis tributa negantibus minatur. Alexandrinos item tumultuantes consopit.

567. Sigebertus Gall. Rex captus ab Hunnis evadit, & pacem componit. Narses Longobardos in Italiam vocat. Pictos convertit S. Columba.

568. Ma-

568. Magno cum Exercitu Italiam obruunt Longobardi. S. Asaphus è Monacho Episcopus miré effulget.
569. Exarchus primus Italiæ constituitur Longinus. Concilia, Lucense in Gallicia, Turonense & Lugdun. in Gallia celebrantur.
570. Turbat Italiam Albinus, & capto Mediolano Italiæ Regem se nominat.
571. Novi Episcopatus Author & Tutelaris S. Maclovius celebratur. Theudomirus Hispan. Rex suos Orthodoxos facit. Albinus Ticinum obsidet, & Italiam vastat.
572. Excedit è vivis Joannes PP. sede m 10. vacante. S. Martinus Abbas Dumiensis Hispaniam convertit.
573. Benedictus I. ex Mon[illegible]o Pontifex creatur, vir sanctus. Albinus Ticinum capit & regiam constituit. Reges Gall. de Regno dimicant.
574. Artabanus Persa Orientem, Albinus Italiam vexat, iste fraude uxoris perimitur.
575. Hoc anno inter Fratres RR. in Gallia pax componitur, Clepho Rex Italiæ salutatur. Justinus Imp. amens efficitur.
576. Tiberius mortuo Justino succedit. Clepho percussus à puero moritur. inde 30. Duces imperant.
577. Succedit Benedicto I. Pelagius II. & ipse Monachus. Longobardi Galliam tentant, magnâ clade repulsi.
578. Optimus Imp. Tiberius à DEO victoriis honoratur, & nunc Persas triumphat. S. Gregorius missus in Orientem Eutychium confutat.

579.

579. Patronus Gall. insignis S. Germanus è Monacho Parisiensis Episcopus moritur. Reges Gall. iterum armis contendunt.
580. Sub armis Longobardorum ingemiscit Italia. Roma obsidetur, sed commeatu invecto, obsidio solvitur.
581. Insignem de Persis Victoriam, duce Mauritio refert Tiberius. Chilpericus Rex Gall. Armoricam subjicit.
582. Vitâ nunc primùm excessisse Justinum vult Baronius. Matisconense & Cabilon. Concilia celebrantur. Mauritius fit Gener Imp.
583. Tiberius ad prænunciatum Regnum æternum evolat, Mauritio subrogato. Persequitur Christianos Leovigildus Rex.
584. Autharim Regem legunt Longobardi. Iterum tumultuantur Reges Gall. sed componuntur.
585. Declaratur secundus Italiæ Exarchus Philippicus, & revocato Longino rem strenue agit.
586. Occiditur uxoris scelere Rex Chilpericus. Iterum bis victi Persæ. Autharis Rex fit Christianus, sed Arrianus.
587. Mauritius Philippico, & post hunc brevi Smaragdo revocatis, Romanum mittit Italiæ Exarchum. Plures Synodi celebrantur.
588. Moritur Leovigildus Rex & Recaredum filium S. Leandro commendat Ille etsi Victor, pacem à Gallis non impetrat. Vascones Provinciam occupant.
589. Optimè merentur de Hispania, SS. Leander & Fulgentius ex Monachis Episcopi, Regno & Rege conversis. Iterum plura Concilia.

590. Chosroas Junior occiso à Persis Patri superiore anno succedens, cum paria metueret ad Imp. fugit, & regno restituitur, S. Gregorius Magnus è Monacho fit Pont. Max.

591. Avares & Chaganum bello petit Mauritius Imp. Authari R. veneno sublato succedit Agilulphus.

592. Varias Hæreses profligat S. Gregorius, & Hibernos à Schismate revocat. Concilium Cæsaraugustæ celebratur.

593. Stratagemate à Mœsia invadenda Avares avertuntur, à Tiberio, literis de industria intercipiendis.

594. Africæ Donatistas debellat scriptis Gregorius, & Barbaricinos gentiles Ecclesiæ adjungit.

595. Joannem Constantinop. Patriarcham coercet, Universalis Episcopi nomine gloriantem. Slavos vincit Thassilo Boj. Rex Boicam vastantes.

596. Nihil potius Gregorio, quam gentes lucrari, vocatis nunc ad fidem per Monachos, Anglis, & latius gentilitate, & hæresibus passim oppressis.

597. Moriuntur Gunthrammus Aurelian. Rex, & S. Gregorius Turonensis. Childebertus affectans Clotharii tutelam, vincitur cæsis 20. millibus.

598. Opprimit semen novæ Hæreseos Gregorius Papa, & Judæorum in Sicilia conversioni intendit.

599. Tandem pax, operâ Gregorii, Italiæ redditur. Treveros ad fidem Christi convertit S. Goar Trigoriensis Monachus.

600. San-

600. Sanctus Fulgentius ex Monacho Astigitanus, & Carthag. Episc. Hispaniæ Apostolus moritur. Abares inferiorem Pannoniam vastant.

601. Exarcho nuper fœdera rumpente, Agilulphus rursum Italiam premit. Brunechildis & Fredegundis Reginæ Gall. bello decertant. Avares Austriam vexant.

602. Totus Ecclesiæ intendit Gregorius. Longobardi etiam Abares evocant. Smaragdus Calinico Exarcho sufficitur.

603. Occupat Imperium Phocas, & Mauritium filiosque enecat, isto justitiam DEI prædicante, & sanctè mortem excipiente.

604. Post immortalia merita moritur Magnus Gregorius, cui Sabinianus sufficitur. Narses militiæ præfectus contra Phocam salutatur Imp.

605. Necem optimè de se meriti Imp. ulciscitur Chosroes, cæsisq; Phocæ exercitibus plurimas provincias subigit. Sabinianus moritur, succedit Bonifacius III.

606. Omnia infesta in Gallis Vascones habent, sed vincuntur à Regibus. Belgium à Monachis convertitur. Mahometem agnoscit & fugat primus ex Hispan. S. Isidorus, ex Monacho Hispal. Episcopus.

607. Nihil tristius Phocæ Imperio, quo Barbari illud tantum non omninò everterunt. Bonifacio III. succedit IV.

608. Expulsus Hispaniis Mahometus, alibi sua spargit dogmata. Claret S. Helladius ex Monacho Agalliensi Archiep. Toletanus.

609. Rex Clotharius cum Austrasiis confligit. Phocas conjurationibus petitus, severissimè ulciscitur.

610. Expugnat Parisios Theodoricus Rex, Clotharianis victis. Judæi Antiochiæ Christianos opprimunt.

611. Bello navali superatus à conjuratis Phocas, miserè excarnificatur, succedit Heraclius. Smaragdo revocato Joan. Lemigius succedit.

612. Avares Italiam populantur. Chosroas pacem renuens, Cæsaream Cappadociæ evertit.

613. Heraclius Junior unius anni infans, cum patre Imperator renunciatur. Saraceni Syriam vastāt.

614. Theodoricus Rex veneno an fulmine perit, succedit Sigebertus. Bonifacio IV. Deus dedit. Agilulpho Regi mortuo, Adalvvaldus succedit. Monachi relapsos Anglos, S. Gallus & Socii Acronianos convertunt.

615. Subjicit Ægyptum, Palesthina & Jerosolymis jam subactis, & Cruce ablata Chosroas, & Lybiam vastat. Theodoricus & Theodebertus collisi.

616. Exarcho Italiæ ob crudelitatem è Ravennatibus occiso Eleutherius substituitur. Hispanias S. Isidorus, Boicam S. Rupertus Apostolus ornant.

617. Theodoricus Theodobertum fratrem bis victū interficit. Eleutherius Exarchus Consinnium tyrannum victum occidit, ipse Italiæ Regno inhians occiditur. Moritur S. DEUS dedit.

618. Omnes conditiones pacis aspernatus, nisi Christo negato, nostrorum arma concitat. Bonifacius V. Ecclesiam strenuè curat.

619.

619. Photini & Bononii hæreses, evertunt Monachi Luxovienses. Sisebutus Rex Hisp. Cantabriam subjicit.

620. Expetunt pacem Hunni, & liber hoc metu Heraclius, in Persas movet. Moritur Joannes Eleemosynarius.

621. Relicto Constantinopoli filio Heraclius cum Persis congreditur.

622. Armeniam invadit Imp. & memorabili victoria fuso Chosroæ exercitu, ipsum fugat. Mahometes se Ducem Arabum facit.

623. Triumphat iterum de Persis Imp. & per Persidem strages edit. S. Rupertus ex Monacho primus Salisburg. Episc. & Apost. moritur.

624. Persas iterum tribus gravissimis præliis triumphat Imp. Adalvaldus Ital. Rex fit amens, subrogatur Ariobaldus Arianus.

625. Obiit Bonifacius V. creatur Honorius Prosequitur victorias Heraclius. Northumbriæ Regnum à Monachis convertitur.

626. Slavos, Avares, & Bulgaros evocat Chosroes, & Constantinopolim obsidet, à Theodorico Imperatoris fratre profligatus. Pergit vincere Imp.

627. Niniven, transgressus Euphratem fluvium, expugnat Heraclius.

628. Evehit ad Regnum desperatis rebus Medarsen filium Chosroas, sed captus à Siroe filio natu majore, occiditur cum filiis Siroes Crucem reddit.

629. Insigni pompa S. Crucem Hierosolymis infert nudipes & sacco indutus Imp. cum auro amictus mirè repelleretur.

630. Præbens aurum uni homini hæretico Heraclius, fit Monothelita. S. Amandus Ogyensis Monachus, Flandriæ Apostolus celebratur.

631. Ad supplicia æterna rapitur impius Mahometus, cum funestissimam pestem orbi reliquisset.

632. Superat Arabes Imperium invadentes per Duces Imp. SS. Arnulphus & Claudius Episcopi Ord. Monach. sydera effulgent.

633. Exosus superis Imp. à Saracenis grandi clade afficitur, & de Palesthina desperans, SS. Crucem Constantinopolim transfert.

634. Vincere pergunt Saraceni. Triumphat de Ceodualla Rege S. Osvvaldus, & per Monachos fidem propagat.

635. Quod metuebat Imp. variis potiti provinciis Saraceni, Hierosolymam obsident. S. Birinus Mon. Saxones Occident. convertit.

636. Saraceni Hierosolyma potiuntur. Moritur magnus ille Hispan. Legumlator Isidorus, Hispalensis ex Mon. Agaliensi Archiep. quem Patres multi quartum Ecclesiæ Doctorem voluere. Claret S. Gisalaricus Austriæ Apostolus.

637. Insigni rerum successu Saraceni, amplissima Regna ad Euphratem usque subigunt, & Africam petunt.

638. Visigotthorum Rex Sisenandus moritur, succedit Suintilla frater, sub quo à 52. Episcopis conclusum, nullum nisi Catholicum in regno tolerandum. Excedit vitâ Honorius Pont. Max.

639. Quod tanto labore subegerat Imper. Persarum Regnum, Saraceni occupant. Post anni vacationem creatur Severinus, & hoc extincto Joan. IV.

640.

640. Monachorum operâ convertitur Germania, & barbarie absolvitur. Accrescunt Monasteriis splendidæ Urbes. Joannes Papa Monothelitas & Ecthesim Imperatoris damnat.

641. Excedit è vivis miser Heraclius, succedit Heraclio filio Orthodoxo, qui post 4. m. dolo novercæ occiditur, Heracleone subrogato. Moritur Joannes Papa, cui Theodorus sufficitur.

642. Labore S. Richarii Abb. Ultramarini Britanni convertuntur. S. Osvvaldus Rex pro fide pugnans, occiditur. Constans Constantini filius pulso Heracleone imperat.

643. Argentinensis Episcopatus in gratiam S. Amandi conditur. Isaacius Exarchus, malè meritus de Ecclesia, pessimè moritur.

644. Utiles Leges Longobardis dictat R. Rotharius. Dagobertus Regna in filios partitur.

645. Quod Judicael Armoricæ Rex cucullum amplecti statuisset, mira oritur inter filios contentio, de Regno deserendo, non retinendo.

646. Monothelitæ variis in Africa Synodis damnantur. Rebelles Vascones opprimit R. Dagobertus.

647. Exarchus cum Rothario Rege bello congressus vincitur, & Longobardi Liguria potiuntur. Moritur R. Dagobertus.

648. Laborant in propaganda fide SS. Ultanus, Furseus, aliique Monachi. Saraceni Africam subjiciunt.

649. A morte Dagoberti, sub Clodovæo II. & dein Majores Domus auctoritatem Regiam usurpant. Obiit Theodorus Papa, succedit Martinus. Saraceni Cyprum occupant.

650. Theodorus Calliopa Exarchus à Constantio missus, à cæde Martini Papæ miraculo deterretur, sed vinctum in Orientem mittit. ipse Saracenos Siciliâ pellit.

651. Martinus indignissimè exceptus ab Imp. relegatur in Chersonesum. Plurimi SS. Monachi Belgium Christo lucrantur.

652. Veritus Clerus Rom. ne ex Oriente Hæreticus Pont. intruderetur, Eugenium eligunt, qui vicariâ tantum potestâte uteretur. Penda Merciorum Rex Angliam subigit.

653. Convertitur ad fidem à Monachis Pendæ R. filius, & respirat Ecclesiâ. Saraceni Rhodum capiunt.

654. In exilio moritur S. Martinus, & nova electione succedit Eugenius. Constans Imp. à Saracenis victus, ægrè evadit. Rothario Regi mortuo succedit filius.

655. Moritur Eugenius, succedit Vitalianus. Osui Rex Northumbriæ vincit Pendam. Orientales Saxones à S. Cedda convertuntur.

656. Altercantibus de Principatu Saracenis, quiescit Imperium. Occiso Rodoaldo Longob. Rex eligitur Aripertus Catholicus.

657. Resistit solus ferè in Oriente Monothelitis S. Maximus Abb. Sanctus Eugenius Monachus pro SS. Trinitate pugnat.

658. Vitam deserit Sigebertus Austras. Rex. Invadit Regnum pulso Sigeberti filio Grimoaldus Dux; quem tamen ejicit Clodoveus.

659. Theodosium fratrem occidens Constans Imp. ab eo in somnis sæpè exagitatur. S. Ursmarus è Mon. Episcopus Galliæ Apostolus celebratur.

660. Numero filiorum DEI Caletenſes accenſet S. Wandregiſilus Abbas. Clodovæus Rex amens efficitur.

661. Vitâ excedit S. Audomarus Mon. Epiſc. Taruanenſium Apoſtolus.

662. Lucratus Cælo ingentem Gentilium vim S. Amandus, cœlo recipitur. Ariperti filiis contendentibus, Grimoaldus Dux Regno potitur.

663. Longobardus bello petens Imp vincitur à Grimoaldo, Romamque veniens omnia ex ære monimenta in Siciliam transfert.

664. Angliæ pars Orientalis fide deficiens per Monachos revocatur. Avares Foro Julii potiuntur.

665. Flandrorum Apoſtolus & Tutelaris S. Eligius è Monacho Epiſcopus moritur. Similiter S. Wandregiſilus Abbas.

666. Ex Monacho Meilroſenſi Lindisfarnenſium Pontifex S Cuthbertus, Idololatriam latè profligat.

667. Per abſentiam Cæſ. in Oriente rem promovent Saraceni. S. Ildephonſus ex mon. Epiſcopus cœlo recipitur, Anchora Fidei dictus.

668. Ægrè tuentur honorem Regium Gall. Reges, præfectis Palatii ſibi omnia vendicantibus, Ebroino ſanctiſſimos quosque perſequente.

669. Supremus Vitaliano Papæ & Conſtanti Imp. annus, hic in balneo occiditur, ſuccedente Conſtantino Pogonato, illi Adeodatus Monachus ſufficitur. Moritur Clotharius & cum eo Regum gloria.

670. Regno redditur Partharicus Ariperti filius diu exul, mortuo Grimoaldo divinitus revocatus.

671. Ec-

671. Ecclesiæ Angl. plurimum consulit, magnus ille Theodorus ex mon. Cantuar. Archiepiscopus. Trepidatum in toto orbe ob varia portenta.

672. Terrorem majorem Orienti injiciunt Saraceni, Ciliciâ & Lydiâ expugnatis Constantinopolim obsidentes. Recesuindo Hisp. Reg. mortuo succedit S. Bamba.

673. Insigni clade acceptâ obsidionem Constantinop solvunt Saraceni. Bamba Rex rebelles bello domat.

674. Victoria prodigiosissima potitur S. Bamba, cum prius mirè lustrasset exercitum, & vitia exscidisset ac punisset.

675. Asturia & Vasconibus domitis, idem classem Saracen. 270. navium, vincit, incendit, mergit. Concilium Gen. Toleti celebratur.

676. Regni Gallici cladem avertit S. Audoenus è monacho Episc. Moritur Adeodatus Papa, succedente Dono.

677. Graviter afflicti Saraceni, dum Constantinopolim denuò obsident pacem flagitant. Moritur magnus ille Audoenus.

678. Moritur Donus, succedit Agatho Monachus Panormitanus. Ecclesiæ unionem urget Constantinus Imp. S. Wilfridus convertit Frisios.

679. Agatho varia toto orbe Concilia celebrari curat. Bellum inter Reges consopit S. Theodorus Archiep. Cantuar.

680. Totus in juvanda Ecclesia S. Agatho Romæ Concilium 125. Episc. cogit, & de Generali VI. convocando agit. S. Bamba nunc Monachus revocatus ad Regnum renuit, & mira effulget sanctitate.

681.

681. Toti Ecclesiæ mirè consulit S Agatho celebrata nunc sexta Synodo Oecumenica Gen. cui cum reliquis tota Fidei summa niteretur. Saxones per Monachos convertuntur.

682. Naturæ concedit S. Agatho, sede Annum & amplius vacante. Concilio Rotomag. præsidet S. Ansbertus ex Mon. Episcopus.

683. Ad summum Pontificatus apicem evehitur S. Leo II. Monachus Siculus. Concilium Tolet. XIII. celebratur.

684. Transit ad Superos S. Leo Papa, succedit Benedict. II. & ipse ab infantia vitæ Monast. consecratus, qui impetrat, ne quid post electionem pecuniæ pendere cogeretur.

685. Virtus Benedicti ostensa potius Ecclesiæ quam data, eo mox in cœlo subtracto, succedit Joannes V. Saraceni se mutuò petunt.

686. Piissimus Imp. Constantinus moritur, succedit Justinianus filius juvenis, qui gravissima bella per Duces felicissimè conficit. S. Chilianus ex Monacho Episcopus Franconiam ad Christum convertit. Joan. PP. obiit.

687. Exercitum Theodorici R. vincit Pipinus, & fit Major domus. Conon creatur Pont. cui hoc ipso anno mortuo sufficitur Sergius I. Mon.

688. Sergius Paschale Antipapa capto schisma tollit. Iterum Concilium Toleti celebratur.

689. Exornat Ecclesiam sanguine suo S. Chilianus Franconiæ Apostolus.

690. Sergius Papa Germaniam demeretur, eoque 12. Apostolos Monachos sanctissimos destinat. Saraceni Cyrum infestant.

691. Sancti plurimi ex Ord. Monast. Ecclesiam ornāt. Celebratur Concilium Cæsaraugustanum.

692. Justinianus Imp. Saracenis victis, mox Sclavinis ad hos deficientibus vincitur. Celebratur Pseudo concilium Constantinop. quod probare nolens Sergius capi jubetur, sed à militibus servatur.

693. Numerum duodenarium Germaniæ Apostolorum, primi Martyrio illustrant, duo fratres Ewaldi à Saxonibus cæsi. Iterum Toleti Concilium celebratur 59. Episcoporum.

694. Excessisse hoc anno Justinianum voluit Baronius, longè aliter alii. Concilium aliud Toleti, Campaniam Brabantinam Christo lucratur S. Lambertus.

695. Vacuam præsidio Calabriam occupat Romualdus Dux Beneventi. S. Wigbertus Mon. Frisiæ Apost. Martyrio coronatur.

696. Nunc primum truncatis naribus, dejicit Imperio Justinianum Leontius. S. Willibrordus ex Mon. Episc. Frisios convertit.

697. Ingens Germaniæ felicitas celebratur fide passim & pietate per Monachos propagata. Venetorum Dux primus creatur Heraclianus.

698. Martyrio coronatur S. Lampertus Taxandriæ Apost. Rursum Saraceni Africam invadunt.

699. Vocatus Romam S. Anshelmus Episc. turpi infamia. Sergium Papam per os infantis liberat. Leontius præcisis naribus à Tiberio dejicitur Imperio.

700. Ducentis Arabum millibus cæsis feliciter auspicatus Imperium Tiberius. S. Wulfrannus ex Mon.

Mon. Fontanellæ Episcopus Senonensis Frisios convertit.

701. Theophilactus fit Exarchus. Witizza Egicæ opt. patris, pessimus filius Hispanis imperat Sergio PP. succ. Joann. VI. Claret Ven. Beda.

702. Exulare jubetur Philippicus, quod somniasset Imperium. S. Wiro ex Mon. Episcopus fit Apostolus Belgarum.

703. Transit ad superos S. Benedictus Abb. Wirensis Bedæ Magister, sub quo Anglia ut Paradisus effloruit. Saraceni Armeniam subigunt.

704. Numinis ope, ad preces S. Boniti Regno Longobardico & insigni victoria potitur Aripertus Rex, & ob id alpes Cottias Ecclesiæ donat. Edilredus Rex Angliæ Monachum profitetur.

705. Vivere desinit Joan. VI succedit VII. Justinianus à Tiberio armis repetit Imperium. S. Suipertus Mon. Bearmensis Brunsvicenses convertit.

706. Recipit Imperium Justinianus, Leontiique & Tiberii Impp. capita calcans amputari jubet. Utriusque Germaniæ conversioni intendit S. Willibrordus.

707. Æterno merito Transiselanos convertit S. Marcellinus Mon. Joanni VII. succedit Sisinnius.

708. Verdenses & Colonienses Apostolicis meritis obligat S. Suipertus. Justinianus Trebellium Bulg. R. bello petens vincitur. Sisinnio mortuo succedit Constantinus Papa.

709. Quod vix cuiquam, S. Lamperto contigit, ut nuperrimè mortuus à proximo successore Ecclesiæ Cathedr. & Dioeceseos Tutelaris hoc anno eligeretur. Joan. Tizopochus fit Exarchus.

710. Adversus Justin. Philippicus salutatur Imper. Choenredus Angliæ Rex cum Regina uxore cucullum amplectitur.

711. Regno & vitâ exuitur à Philippico Justinianus. Tizopocus molestior Italis, occiditur. S. Suipertus fundat Werdensem Episcopatum.

712. Triumphant gentilitatem in Germania SS. Mon. Willeicus Werenfridus & Achatius. Regnat post Aripertum Asprandus, & hoc post 3. m. extincto Luitbrandus filius.

713. Saraceni cum Roderico R. sæpius congressi, superatum denique occidunt, & mœnia Urbium Hisp. evertunt. Oriens ab Arabibus miserè affligitur.

714. Ulciscente DEO, nequissimus Philippicus exoculatur, & Arthemius salutatur Imp. Saraceni reliquâ Hispaniâ potiuntur. Hollandos convertit S. Adalbertus Monachus. Gregorius II. fit Papa.

715. Restaurat Urbem Gregorius, & jura Ecclesiæ armis vindicat. S. Alto Scotiæ R. filius, Abbas Weingart. primus Lycatios convertit.

716. Frisingensium primus Pontifex fit S. Corbinianus Monachus. Theodosius contra Arthemium salutatur Imp.

717. Imperator contra Theodosium creatur Leo Isauricus. Carolus Martellus, jus paternum repetens Chilpericum R. vincit. Pelagius Dux fit primus Rex Legionis, parta memorabili de Saracenis victoria.

718. Tonitrui filius à Baronio dictus S. Bonifacius Mon. Anglus, nunc primum Apostolicos labores

bores aggreditur solemnius. Solimannus obsidet Constantinopolim 3000. navium classe.

719. Liberè de Regno Gall. disponit Martellus, Chilperico dejecto & restituto. Solvunt obsidionem Const. Saraceni amissis 300000.

720. Vitam deserit S. Wulfranus Frisiorum Apost. Mauri ex Hispania Narbonam progressi, cæso Rege vincuntur. Chilperico mortuo, substituit Theodoricum Martellus.

721. Monstrum hominis Copronymus unius anni infans à patre coronatur. Concilium Rom. celebratur. E disciplina S. Altonis plures SS. Episcopi & Mart. Germaniæ Apostoli prodeunt.

722. Magnus Germaniæ Apost. Bonifacius Cattos convertit. Saraceni felices rerum progressus habent.

723. Admirandis meritis magis magisque Europæ innotescit S. Bonifacius & socii Monachi. Hæresis Iconoclastarum oritur.

724. Terror hostium Martellus, Bojos, Saxones, Aquitanos, aliosque bello domat. Augia Dives, & plura alia Cœnobia conduntur.

725. Magni Aurelii Augustini corpus à Luitprando Rege redemptum, Monachis Benedictinis donatur. Sanctorum imagines proscribit Leo Isauricus Imp. S. Bonifacius mirè fidem propagat in Hassia.

726. Edicto Imp. contra SS. Imag. alienati Itali deficiunt. Martellus evocatus ab Eudone Saracenos profligat, cæsis 370. millibus.

727. Vincit Burgundos rebelles Martellus. Saraceni

Nicæam frustra obsident. Garsias Ximenes pulsis Saracenis sit Rex primus Aragonum.

728. Quod mortuo Eudone Martellus filios ejecisset Septimaniæ populi rebellant & vincuntur. S. Joan. Damasceno manus amputata à DEIpara restituitur.

729. Supplex Papæ ex hoste Luitprandus, eidem & Exarchum conciliat. Frisios debellat Martellus & ad Christi fidem cogit.

730. Anathemate ferit Imp. contumacem S. Gregorius PP. & defectionem Italorum approbat. Incipit persecutio in Oriente.

731. Evolat in cœlos Gregorius II. primo non minor, succedit tertius & ipse monachus. Martellus Saracenos domare pergit.

732. Bello Athinum Saracenorum Regem petit Martellus, eumque Narbone obsidet. Gregorius III. Iconomachos damnat, contra quem classis ex Oriente missa, universa submergitur.

733. Athinum Regem & auxiliares vincit Martellus, & capta Narbone illum fugat. Bavariam Ermvvolfi hæresi liberat S. Bonifacius.

734. Hoc anno pulsis Saracenis Regnum Cordubæ occupat Abdemelius. Fervet in Oriente persecutio.

735. Multos Christo adjungit S. Theodulphus Abb. postea Laubiensis Episc. Plurimi in Oriente Martyres.

736. Expugnata superiore anno Septimania Martellus nunc mœnia evertit, ne hostem foverent. Asiam infestant Saraceni.

737. Trium-

737. Triumphat de Gentilibus & Hæreticis, verè ambidexter Magnus Bonifacius. Ceolulphus Northumbr. Rex fit Monachus.

738 Laudatiſſimus à pietate non minus quam armis Martellus Mauricum peſſimum Ducem Maſſiliâ ejicit. Hiſpani Saracenos premunt.

739. Ad ſuperos migrat S. Willibrordus Borealium Apoſtolus. Carolus Martellus propugnandum Rom. Pont. ſuſcipit.

740. Summo Pont. adeſt contra Luitprandum Rex Martellus, & Chriſtianiſmi Titulo ornatur, Regibus perpetuo. S. Ina Rex fit Monachus.

741. Vitâ excedunt Greg. III. & Martellus, illi ſucc. S. Zacharias & ipſe Monachus, huic filii Pipinus & Carolomannus. Moritur eodem anno Leo Iſauricus, cui ſuccedit filius Conſtant. Copronymus.

742. Terrore Orientem implet, Imperium invadens Artabasdus Curopalata, paulò poſt occiſus. Pipinus Gryphonem debellat.

743. Triumphat de Clementis & Adalberti Hæreſibus S. Bonifacius. Curopalata obſeſſus Conſtantinopoli, captus exoculatur.

744. Vincit Saxones rebelles Carolomannus. Luitprando ſuccedit Hildeprandus nepos, & huic mox ob aſperitatem dejecto Rachiſius.

745. Moguntiprimus Archiepiſcopus creatur S. Bonifacius, & Germanis conſulit.

746. Arabes in Palæſthina domat Maruamus Dux, S. Bonifacius Herbipolenſem & Eiſtettenſem Epiſcopatus inſtituit.

747. Victor multarum gentium Carolomannus Rex

cucullum amplectitur. Gripho elapsus diversos sibi concilians bellum parat.

748. Quanti faceret S. Benedictum patrem suum S. Zacharias Papa, Casinensem eius Basilicam ipse consecrat præsentibus Archiepiscopis 3. Episcopis 68.

749. Edomitis bello Saxonibus, in reditu circumventus, mirè eripitur ope Suiperti Pipinus. Terræ motus mirus in Syria integris Urbibus aliorsum translatis vel eversis.

750. Rachisius Longobard. Rex potentissimus, Carolomannum imitatus cum uxore & filia Monasticen Casini profitetur.

751. Expedit litteras ad Gall. Principes S. Zacharias, Papa, & Pipinum Regem renunciat.

752. Rex salutatur & coronatur à S. Bonifacio jussu S. Zachariæ Pipinus. Moritur S. Zacharias, succedit Stephan. II. eoque post 4. dies mortuo, Stephan. III. Monachus Casinensis. Aistulphus totam Italiam invadit.

753. Æterno merito Monachicum Ord. fovet Pipinus, & Stephanum ad se confugientem tuendum recipit. Alphonso Regi Catholico Frola filius succedit, & ipse contra Saracenos felix.

754. Utrumq; Pipini filium Carolum & Carolomannum cum patre & matre coronat Stephanus. Pipinus Aistulphum, cogit ablata reddere.

755. Quod pactis non staret Aistulphus denuò vincitur à Pipino. hic Exarchatum Ecclesiæ donat. Martyrio coronatur S. Bonifacius.

756. Crescit inter Saracenos bellum intestinum. Aistulphus fædifragus miserè perit in venatione.

757.

757. Emoritur Steph. PP. succedit Paulus I. Copronymus Pipini amicitiam exambit.

758. Nihil inquietius nunc Saxonibus, quos ferro domat Pipinus.

759. Etiam in Hispaniis factionibus scinduntur Saraceni & diversa regna constituunt.

760. Subigit bello Vaifarium Aquitan. Ducem Pipinus Ecclesiis infestum, & perjurum vitâ denique exuit, post aliquot annos.

761. Sacrarum literarum studium publicum Eboraci instituit S. Egbertus. Persecutio in Oriente augetur.

762. Insigniter demeretur Ecclesiam Ven. Beda Presb. Monachus Wirensis. Pipinus Aquitano obnoxios debellat.

763. Immortaliter meretur Archimagister ille Universi S. Alcuinus Abbas. Quartum jam Aquitaniam debellat Pipinus.

764. Sabinus Bulgar. Rex quod cum Romanis fœdus iniisset, à suis ejicitur, & ad Imp. se recipit. Pipinus Cantabris adest contra Saracenos.

765. Æternitati nomen sacrat grandibus meritis S. Gregorius ex mon. Traject. Episc. Pipinus bellum in Vaifarium prosequitur. Persequitur, ut pater Leo, Christianos Copronymus.

766. Universa classis ab Imp. contra Bulgaros missa submergitur. In Monachos sævit Copronymus.

767. Quod Desiderius Rex Paulo PP. nunc mortuo, laicum obtruderet, totum annum sedes vacat. Concilium Gentiliaci celebratur. Pipinus in Gallia Parlamentum instituit.

768. Moritur Pipinus sanctissimè in Monasterio S Dionysii, cui filii succedunt. Stephan. Mon. S. Chrysogoni Papa eligitur.

769. Aquitani morte Pipini solutiores à Carolo domantur. Concilio Rom. Iconomachi excommunicantur.

770. Utilissimum Ecclesiæ & Germaniæ maximèque Galliæ Concilium Wormatiæ celebratur. Carolus Desiderii filiam ducit.

771. Quod conjugem repudiasset Carolus, S. Adelhardus consobrinus damnans, Monachum profitetur. Moritur Carolomannus, fit Monarcha Carolus, postea Magnus à factis cognominatus.

772. Nequior quotidie Desiderius R. Exarchatum & Umbriam invadit, ac Romæ minatur. Stephano PP. succedit Adrian.

773. Virgilius. S. Altonis disc. Boicam & Carinthiam demeretur. Vocatus contra Desiderium Carolus, bis acie ipsum vincit.

774. Liberalissimus in Ecclesiam Carolus, durante Papiæ obsidione Romam occurrit & plurimas provincias Pontifici donat, victum dein captumque Regem Desid. relegat.

775. Interit horrendo morte Copronymus, succedit Leo filius. Bis vincit Saxones Carolus. SS. Gregor. Traject. & Rumoldus ex Monachis Episcopi Belgarum Apostoli moriuntur.

776. Hoc anno Rotgardum Italiæ Regno inhiantem vincit & occidit Carolus, rursumque Saxones opprimit.

777. Insignis ad gremium Ecclesiæ accessio Saxonum plurimis

plurimis nomen Christo dantibus. Telericus Bulgar. Rex baptizatur Constantinopoli.

778. Nihil visum Carolo utilius, quam ut dissidio barbarorum uteretur, plurimas victorias nunc in Hispania consecutus, mox etiam à reditu Saxonibus oppressis.

779. Edomitis Saxonibus, Westphalos subjugat, quos convertit S. Ludgerus ex mon. Episcopus. In Arabes movet Imp.

780. Moritur S. Sturmio Abb. Wederoviæ Apost. Concilio Lippiensi Carolus benè meretur. Leo Imp. miserè moritur, succed. filio Constantino.

781. Expetit filio conjugem, Irenes Augusta, Caroli filiam, sed mutatâ mente cum Carolo, mox & cum filio suo colliditur. Moritur S. Willibaldus è mon. primus Eistettensis Episcopus.

782. Carolus Windekindum Saxonem vincit. Saraceni in Oriente nostros vincunt. S. Willehadus primus Brem. Arch. claret.

783. Slavini à Stauratio & Logotheta vincuntur. S. Hildegardis mater Caroli Magni moritur.

784. Orientis persecutio cessat. Carinthiam convertit S. Virgilius. Hæresim Elipandi profligant SS. Ætherius & Beatus Monachi.

785. Nunc denique nomen dat Christo Windeckindus cum suis Saxonibus. Ad Concilium Orientis etiam Adrianus PP. invitatur.

786. Germania viris SS. ex Ord. Mon. mirè illustratur. Armoricā rebellem domat Carolus. Concilium Constant. differtur ob turbas.

787. Aragisus Tirannidem arripiens, adveniente Carolo dat manus. Niceæ Concilio 350. Episcoporum Iconoclastæ damnantur.

788.

788. Missus Græcorum in Italiam exercitus à Carolo concidirur. Sæpè victus à Carolo Bojorum R. Thassilo ope Hunnorum bellum restaurans, superatus in cœnobium detruditur.

789. Acriter contendunt Irenes & filius, cum hic solus imperare vellet. Sclavinos vincit Carolus.

790. Solus imperat Constantinus matri præreptus. Obiit S. Willehadus.

791. Superatur à Bulgaris Constantinus, & rogatu procerum matrem denuò Augustam dicit. Universitas Papiens. fundatur.

792. Usi dissidio fœminæ & pueri Impp. nonnulli, Nicephorum & Christophorum patruos Constantini Augustos salutant, verum capti illi à Constantino exoculantur.

793. Carolus Saracenos Arelati expugnat, & à Galliis avertit. Alphonsus Legion. R. Ulisipponem Mauris eripit.

794. Nunquam sat quieti Saxones, finito Concilio Francoford. 300. Episcoporum, à Carolo debellantur. Officium Ecclesiasticum componit Paulus Diaconus Mon. Casin.

795. Obiit Adrianus Papa, succedit Leo III. Monachus, vir sanctissimus. In Oriente Saraceni, in Occidente Saxones domiti. Paderbornensis Episcopatus instituitur.

796. Constantinus Bulgaros profligat, contra quem exul Irenes mater, multa sed piè molitur.

797. Nihil proficiens apud præcipitem filium Irenes, ope procerum reducta, Augusta salutatur, & exoculatus ille paulò post moritur.

798.

798. Irenes per legatos amicitiam Caroli meretur. Saraceni suburbia Constantinop. prædantur.

799. Tremit ad tantum facinus Roma, cum Adriani Papæ nepotes, S. Leoni Papæ oculos & linguam eruerent. is mirè curatus fugit ad Carolum in Germaniam, à quo sedi restituitur.

800. Imperium ab Oriente translatum reddit Occidenti S. Leo III. & Carolum Magnum, solemni ritu Augustum creat.

801. Solemne illud triduum Rogationum ante Ascensionem Domini instituit S. Leo PP.

802. Irenes cum Carolo de nuptiis agens, à Nicephoro exauctoratur, & hic concilians sibi Carolum, Occidentis Augusti titulum ei cedit.

803. Moritur exul Irenes. Bardanes contra Nicephorum electus Imp. rejecto honore cucullum amplectitur.

804. Occidentale novum Caroli Imperium reperto summo Orbis thesauro in urbe Mantuana, SS. Sanguine lateris Christi mirè beatur & illustratur. Bellum Saxonicum conficit Carolus.

805. Rex Orientis satis turbatæ Aarone Saracen. Principe Nicephorum 300. millium exercitu petente. Hunnis adest contra Slavos Carolus, & horum Duce occiso illis sedes stabilit.

806. Pessimam mentem prodit Nicephorus, & Venetos à Carolo avertit. Idem Concilium Constantinopoli cogit. Carolus Regna partitur.

807. Ægrè evadit suæ classis naufragium Aaron Saracenus, cum in S. Nicolaum peccasset. Mauros Corsicam vastantes pellit Burcardus Comes.

808.

808. Restituitur per legatos Caroli Ardulphus Northumbr. Rex à suis regno pulsus Barcinonem Mauris eripit Ludovicus Caroli filius.

809. Aquisgran. Concilium super processione Spiritus S. celebratur. Pipinus Venetos & auxiliares Ludovicus Mauros in Hisp. premit.

810. Pipinus Venetias expugnat. Nicephorus Monachos persequitur. Moritur S. Guilhelmus Gelonensis.

811. Impietatis dat pœnas Nicephorus, victus & occisus à Grunno Bulgarorum Duce, succedit Michael Curopalates.

812. Exscindente vitia & Hæreses Michaele, ingens fit motus.

813. Digni quibus mali imperarent Orientales, optimo Imp. pessimum obtrudunt, Leonem Armenum, Michael fit Monachus.

814. Rhabanus Fuldensis Mon. Armarium Scientiarum orbem illustrat. Moritur Carolus M. Imp. succedit Ludovicus Pius. Bulgari triumphantur.

815. Orthodoxos vexat Leo Imp. Turbatum factionibus Leonem Papam liberat Ludovic. Imp. misso Bernhardo Rege.

816. Corbiense Monasterium Septentrioni principem Apostolum destinat S. Ansgarium, S. Leoni III. succedit Stephan. V.

817. Reluctans admodum Stephano mortuo succedit Paschalis I. Lotharius Collega à patre Imp. dicitur. Bernardus exoculatur.

818. Exules pro fide Orientales Paschalis fovet. Scoti prodigiosè triumphant per ostensam Crucem S. Andreæ.

819.

819. Plures conventus celebrat Lud. Imp. & rei Christianæ plurimum consulit. Hoc ipso anno ducit Juditham Guelpham.

820. Exuitur Imperio & vitâ Leo Imp. à Michaele Amoriensi tunc captivo. Ludovicus Pannones domat.

821. Simulat bonum Principem Michael, & Thomam contra se electum, victum interficit. Fons consiliis S Adelardus Abb.

822. Sexaginta millia Maurorum in acie trucidat Ramirus Rex Legionis. Creta à Saracenis occupatur.

823. Ecclesiæ bona usurpantes Conventu Compendiensi coercentur. Lotharius Romæ coronatur.

824. Immigrat cœlis S. Paschalis I. eligitur Eugenius II. tumultuante urbe, misso ad res componendas Lothario.

825. Boni Principis simulatione nostros plurimum fallit Michael Imp. efficiens ut super cultu SS. Imag. Synodus Parisiis celebraretur. Verum Ludovic. verè Pius Papæ detulit.

826. Ingelheimii Conventus Principum. Romæ Concilium cogitur. Dani per S. Ansgarium convertuntur. Michael monilem ducit.

827. Treverensium illud sydus Hamularius Fortunatus claret, è Mon. Pontif. Eugenio Valentinus, huic Gregor. IV. succedit.

828. Exardescit in Hispaniis persecutio. Ludovicus Imp. classe in Africam missa, Saracenos graviter affligit.

829. Ludovicus Bernardum Hispanum Com. aulæ præfici-

præficiens, filiorum & omnium odium incurrit. Moritur Michael Imp. succedit filius.

830. Ludovicus à filiis exagitatur. Juditha Imp. ad Monasterium detruditur. Theophilus Orientis Imp. & ipse bonum simulat.

831. In Dania & Suecia primus scholas aperit S. Ansgarius. Pergunt in patrem multa moliti Principes filii.

832. Immortaliter ipsos mortuos demeretur B. Hamularius ex Mon. Trever. Archiep. composito Officio defunctorum. Pipinus à patre incarceratur. Catholicos vexat Theophilus Imp.

833. Turpi facinore Ludovicus Imp. à filiis exauctoratur. Moritur meritissimus ille de Ecclesia universa S. Hamularius Fortun.

834. Visa indigna res Germanis Gallisque ita Cæsarem tractari, proin armis correptis ipsum restituunt.

835. Meretur plurimum Drogo ex Mon. Metensis Episc. conciliatis Principibus. Festum Omnium SS. instituit Gregorius IV.

836. Aquisgrani & Lugduni Conventus celebrat Imp. pro Ecclesia & Regno; Lothariumq; Ecclesiæ infestum revocat.

837. In Germanias primus Græcas litteras invehit Rhabanus Fuld. mon. Moritur Ordonius Legionis Rex optimus.

838. Regnorum nova divisio, mortuo nunc Pipino. Theophilus Manuele Duce de Saracenis triumphat.

839. Occidentem turbant Pipinus Jun. & Ludovicus

Bojus

Bojus, quos compescit Imp. In Oriente Sosopetra à Theophilo expugnatur.

840. Moritur Ludovicus verè Pius Imp. succedit Lotharius filius.

841. Eximius ille Homiliarum declamator Haymo ex mon. Halberst. Episc. claret. Lotharius Monarchiam appetens bello vincitur.

842. Mortuo Theophilo succedit filius Michael Porphyrogenitus, cum matre Theodora, mox cultus SS. Imaginum restituitur. Suecos ad fidem Christi convertit S. Stephan. Mon.

843. Edit Glossam Ordinariam Strabo Fuld. mon. Conciliantur Reges fratres. Moritur Gregorius IV.

844. Naturæ concedit Alphonsus Castus, ex Monacho Rex opt. & victoriosissimus. S. Ansgarius fit primus Episcopus Bremens. Romæ Sergius II. creatur.

845. In Oriente Bulgaros ad pacem & sidem Christi adducit Theodora Aug. Normanni Galliam vastant. Concilium Meldense & Bellovac.

846. Terrore implent Italiam & vastant Saraceni, mirè in reditu à SS. Petro Apost. & Benedict. Abb. demersi.

847. Eligitur Leo IV. post Sergium, vindicata electione Rom. Pontificis benè meritus. Rhabanus Fuld. eligitur Archiepisc. Mogunt.

848. Rhabanus hoc & priore anno Concilium Moguntiæ celebrat, & Germaniam gravissima Gotscalci hæresi liberat.

849. Insignem, tribus coactis classibus ex Saracenis victoriam

victoriam refert S. Leo. Neomenius Dux Gallias vastat, & contumax in Concilio damnatur.

850. Catholici in Hisp. Mauros premunt. Neomenius impietatis dat pœnas & miserè moritur.

851. Italiam Saraceni, Normanni Galliam vexant. Martyres in Hispania plurimi gloriosè occumbunt.

852. Multi rursum in Hisp & Gallia Martyres. Leoninam Urbem absolvit S. Leo Papa.

853. Ad Rom. Concilium 67. Episcopi conveniunt, quo ipso anno Concilium Suessionense celebratur.

854. Sacrilegiis contaminatissimi Normanni, mutuis vulneribus concidunt. Michael rejecta matre, alter Nero imperat.

855. Imperium sponte abdicat, & cucullum amplectitur Lotharius Imp. Moritur S Leo IV. succedit Benedict. III. & ipse Monachus.

856. Tutelaris rebus in amissis certissimus S. Hieron. Monachus Apostolatum suum Martyrio finit. Moritur Rhabanus Fuld. Isogrammaticæ Auctor.

857. Nonnullis Martyrium damnantibus Apologiâ occurrit S. Eulogius Cordub. Mon. Concilium Moguntinæ cogit Carolus ex Monacho Corbeiæ Archiep. successor Rhabani.

858. Ansgarius Danos relapsos cum Rege revocat. Benedicto mortuo sufficitur Nicolaus I.

859. Tragœdiæ graves in Oriente, Photio laico Episcopatum invadente. Ludovicus Germanicus Galliam petens Sorabum defectione revocatur.

860.

860. Septentrionem mirè fovet S. Rembertus Corbejæ mon. Pax inter Reges nostros sancitur.

861. Nihil non agit impius Photius, ut Episcopatum retineret, & Conciliabulum, dictum Latrocinantium, convocat.

862. Oriens grandi terræ motu quatitur. Concilio Romano Theopaschitarum Hæresis damnatur.

863. Concilio Rom. Photius damnatur, qui novam fingit hæresim, & dirè Catholicos vexat. Episcopi probantes Lotharii Regis conjugium nefandum exauctorantur.

864. Ad portum Religionis plurimi Reges & Principes se recipiunt Rodoaldus Portuensis damnatur. Moritur Carolus Aquit. Princ.

865. Egregiè se opponit Michaeli Or. Imp. Nicolaus Papa. Ludovicus Campaniâ Saracenos pellit. Moritur S. Ansgarius Septent. Apostolus.

866. Michael Imp. Bardam Cæs. suspectum occidi jubet. Monachi Benedictini Bulgaros ad fidem convertunt.

867. E medio tollitur impius Michael, succedit Basilius Macedo opt. Imp. Nicolao extincto succedit Adrianus.

868. Turpissimi perjurii reus Lotharius Rex Gall. moritur. Basilius fortiter rem agit contra Saracenos.

869. Regnum Gall. invadit Carolus Lotharii patruus. Ludovico Imp. classem mittit contra Saracenos Basilius, & curat Concilium solemne Constantinopoli celebrari.

870. Occupata à Danis Anglia & Scotia, plurimi Monachi martyrizantur.

871. Memorabilem de Danis victoriam refert Ethelredus Angl. Rex. Ludovicus Imp. Romæ coronatur.

872. A Basilio & Ludovico Impp. utrobique Saraceni triumphantur. Adriano mortuo succedit Joannes VIII.

873. Ludovicus Imp. Andelgisum Beneventi Ducem armis pellit, quod superiore anno Ludovicum Regem cepisset.

874. Ex Africa movens in Italiam Abdila Saracenus, dum sacræ Virgini vim intentat, miserè perit, reliquis dein cæsis. Conveniunt Veronæ Papa & Imp.

875. Vitam deserit Ludovicus Imp succedit Carolus Calvus Gall. Rex, cuius absentis Regnum invadit Ludovicus Germanicus. Sclavi à Monachis Ecclesiæ adjunguntur.

876. Tristissimus Germaniæ annus Ludovici R. morte, Carolo Imp. eam tentante sed repulso. Normanni Galliam infestant.

877. Emoritur Carolus Imp. unicus literatorum Mecœnas, succedit Ludovicus filius. Papa tributum Saracenis pendere cogitur.

878. Malis artibus Photius mortuo Ignatio sedi restituitur, à Basilio. Carolomannus Italiæ Rex titulum, Lambertus Comes urbem invadit Papa diffugiente.

879. Extinguitur Ludovicus Imp. Turbatur Italia. Joannes Papa deceptus Photium confirmat, qui Conciliabulum Constantinopoli cogit.

880. Nihil tristius Occidenti, quam fratribus rursum de Regno contendentibus. Fine anni Carolus Crassus coronatur Imp.

881. Occidentis res reconciliatis Regibus meliorari visæ, & arma in hostes exteros versa, à quibus plurimi Monachi occisi sunt.

882. Invadunt denuò Galliam Normanni, & in Sacros maximè sæviunt, in solo S. Vincentii Monachi 900. Martyrio coronantur. Carolus tum hostes reprimit. Moritur Magnus ille Hinckmarus Archiep.

883. Temerè & perperam facta Joannis antecessoris rescindit Marinus Papa superiore anno electus. Carolus Italiam revisit.

884. Adrianus III. S. Marino Papæ succedit. Saraceni vastant Italiam, cæsis Casini innumeris ferè Monachis. Joan. Scotus fit Martyr.

885. Regno Gall. post Carolomanni mortem potitur Carolus Crassus, secus quam voluit Baronius, Stephan. VI. succedit Adriano.

886. Basilius Macedo moritur, succedit Leo Philosophus filius, qui statim Photium honore dejicit. Fulco ex mon. Rhemensis Archiep. claret.

887. Viribus & animo repentè deficiens Carolus Imp. ab omnibus deseritur, & exauctoratus inopiam patitur, succedit Arnulphus.

888. Carolus Crassus sanctè moritur. deficiunt ab Arnulpho plurimi. Procopius Dux contra Bulgaros missus capitur.

889. Ungari ex Asia cum adfuissent Leoni contra Bulgaros, partem nunc Pannoniæ occupant.

890. Lombardiam pulso Berengario Wido occupat. Alanus Britonum Dux Normannos mirè profligat. Stephano Papæ succedit Formosus.

891.

891. Insignem de Saracenis victoriam refert Arnulphus Imp. cæsis in Belgio centum millibus. Wido consecratur Imp.

892. Vocatur ad Regnum Gall. Carolus Balbi filius contra Eudonem. Lambertus Widonis filius Rex creatur. Iterum plures in Gallia Martyres.

893. Totus, compositâ Germaniâ, in recuperanda Italia est Arnulphus. Saraceni Lemnum occupant. Rogatur Ecclesiæ adesse S. Fulco.

894. Summa Italiæ turbatio. Widone extincto, & Arnulpho Lampertoque de Regno contendentibus:

895. In Oriente dum Leo Bulgaros premit, Saraceni Thessalonicam vastant. Concilium Triburiense celebratur.

896. Lamperto nihil proficiente Arnulphus Romam occupat & coronatur Imp. Saraceni in Oriente triumphantur.

897. E vita migrat Formosus, Bonifacio & mox Stephano sedem invadente, qui Formosum exhumatum in Tiberim abjicit.

898. Idololatriæ in Helvetia reliquias extirpat S. Wiggarius Monachus. Odo sine liberis moriens, jubet dari Regnum Carolo Simplici.

899. Religiosissimè moritur Arnulphus Imp. secus quam voluit Baronius, de Ecclesia Rom. meritissimus, & ob id mirificas victorias consequutus. S. Ratbodus ex Mon. Episc. Frisios cõvertit.

900. Bello vexatur Italia, pluribus regnum ambientibus. In Germania Ludovicus Arnulphi filius eligitur Imp. Stephano strangulato Romanus Papa eligitur, 4. tantum menses superstes.

901. Abrepto morte Romano, & post 20. d. Theodoro Joan. IX. creatur. Ludovicus Bosonis filius victo fugatoque Berengario Romæ coronatur Imp.

902. Germaniam tentant Ungari, ab Italis pecuniâ, à nostris ferro repulsi. Alphonsus Rex Legionis Monachum profitetur.

903. Constantinum filium Leo Imp. coronat, cuius militiæ Dux Hemerius nunc à Saracenis profligatur.

904. Nomen Imp. & coronam vi extorquet à Pont. Berengarius, sed deficientibus Italis, vocatus Lampertus iterum coronatur.

905. Ad sedem Petri post Joannem evehitur Benedictus IV. in conversione Normannorum feliciter laborant Monachi.

906. Hoc anno Normannis aliis nomen Christo dantibus, aliis nostros persequuntur, inde plurimi SS. Monachi maximè in Monasterio Novaliciensi pro Christo cæsi sunt.

907. Mortuo Benedicto subrogatur Leo V. vir sanctus, eoque incarcerato invadit sedem Christophorus.

908. Adalberti Tusciæ Marchionis ope, deiecto Christophoro sedem invadit Sergius, sæpe antea repulsus.

909. Terras deserit S. Adelgarius ex Mon. Corbeiæ Bremensis Archiep. Frisiæ Apostolus, cui ex eodem Cœnobio succ. S. Hogerus vir Apostolicus.

910. Anastasius impio Sergio nunc mortuo succedit. Lambertus Rex occiditur, regnoque Berengarius potitur.

911. Regno & vitâ excedit Leo Imp. ſuccedente Alexandro fratre, eoque brevi mortuo, Conſtantino puero.

912. Germani mortuo nunc Ludovico, Germanum eligunt Imp. Conradum Franconiæ Ducem. Poſt Anaſtaſium Lando, & mox Joannes intruditur.

913. Eccleſiam mirè demerentur ſanctiſſimi plurimi ex Ord. Monaſt. Pontifices, cum ſedem Petri nefaria idola contaminarent.

914. Motus graves contra Conradum Cæſ. concitat Arnolphus ſive Arnoldus Bojorum Dux, qui & Ungaros accendit.

915. Internecione tandem delentur in Italia Saraceni à confœderatis Chriſtianis. Ungari Germaniam & maximè Saxoniam vaſtant.

916. Novis viribus Germaniam tentant Ungari ab Imp. pecuniâ & armis repulſi. Idem cum Henrico Saxone colliſus, vincitur.

917. Ad præmia vocatur S. Ratbodus è mon. Friſiorum Apoſt. Erchingerus, Bertholdus & Lutfridus Alemanniæ Duces, ob captum Salomonem Conſtant. Epiſcopum, decollantur.

918. Joannes Papa ſcelerum conſcientia, varia ſalutis media quærit. Conradus Imp. provincias ſuas luſtrat, & benè conſulit.

919. Moritur Conradus Imp. cujus hortatu Henricus Saxon. Dux, etſi parum amicus, eligitur. Romanus in Oriente collega dicitur.

920. & 921. Exercetur variorum armis Occidens, Saracenis & Ungaris nova molientibus, quos Henricus Imp. reprimit.

922. Berengarius ab Italis rejicitur, & Rudolphus Burgundus creatur. Galli item Robertum contra Carolum eligunt.

923. Armis congressi Carolus & Robertus, hic victus in prælio cadit, restaurante bellum Hugone Roberti filio, à quo Carolus capitur. Berengarius victus Ungaros evocat.

924. Hungari Italiam opprimunt, in reditu à Rudolpho contra Carolum electo cæsi. Berengarius dolo Flamberti occiditur.

925. Ermengardis dolo deseritur à suis Rudolphus Italiæ Rex, & in transalpina se recipit. Ungari ad Acronium usque & superat lacum omnia populati, Constantiæ fortiter repelluntur.

926. Salutatur contra Rudolphum ab Italis Hugo Arelatensis. S. Guibertus Monachus Ungaros solo verbo compescit.

927. Simultatibus ortis inter Rudolphum Regem & Heribertum Aquitanum, hic Carolum Simplicem liberat.

928. Joannes Papa à Widone Marchione captus, paulò post moritur. Heribertus Rudolpho conciliatur. Carolus iterum incarceratur.

929. Vitâ excedit Carolus Simplex. Leo Papa capitur, Stephanus sufficitur.

930. Convertit relapsos Danos S. Wimo Corbeiæ mon. Mortuo Stephano, intruditur Joann. XI. Joannis Pseudopapæ è Marozia filius.

931. Ad fidem Christi operâ Monachorum convertuntur Obotriti cum Rege suo. Veneti fines suos propagant.

932. Lugente miseriam suam Româ ob infelix caput, alii sanctissimi Pontifices Ecclesiam ornant.

933. Principes mutare soliti Itali Arnulphum Bojum contra Hugonem evocant; hic Bojum pellit, & Româ potitus à privigno pellitur.

934. Ex Ungarorum innumerabili ferè exercitu, miram refert victoriam Henricus Imp. omnibus penè deletis.

935. Vincit Wandalos & Obotritos rebelles. Synodus Rhemis cogitur.

936. Quiescit in Domino post multa piè gesta Henricus I. Imp. cui Ottho filius cognom. Magnus succedit. Mortuo Rudolpho Gall. R. succ. Ludovicus Caroli Simplicis filius.

937. Italiam populati Ungari, à Marsis & Pelignis omnes ferè cæsi sunt, in Galliis tamen felicius grassantur.

938. Rebelles Principes cum fratre, triumphat Ottho. S. Æmilianus Abbas Hispanis è cœlo adest contra Saracenos, cæsi 80. millibus.

939. Triumphat iterum de rebellibus Ottho, mirè servatus. Itali novas in Hugonem tragœdias excitant. Stephanus IX. creatur.

940. Urbs grandi rursum facinore fœdatur, Stephano Papa pugnis contuso & malè fœdato. Ottho de juvanda Ecclesia cogitat.

941. Mirè orbem Christianum demeretur S. Odo Abbas Cluniacensis. Bellum Bohemicum per Duces varia fortuna gerit Imp.

942. Albericum Principem, & Hugonem Regem conciliat S. Odo, & paulò post moritur. Viri sancti ex Ord. Mon. plures clarent.

943.

943. Extinguitur Stephanus Papa, succedit Martinus. Ludovicus Rex Galliarum Normannos rebelles bello domat.

944. Mittit rogatus classem Hugoni Regi contra Saracenos Orientis Imper. & illo Fraxineto potitur.

945. Monasticam vitam amplectitur Hugo Italiæ R. Ludovicus Gall. Rex capitur à Normannis.

946. Excellit per Ecclesiam nomen S. Dunstani, cujus opera floret Anglia. Martino Papæ succ. Agapitus.

947. Nihil antiquius Ecclesiæ, & Hispanis maximè, Conciliis pro reformatione collectis. Hoc anno Asturicense celebratur.

948. Orientis Imp. Constantinus cum Collega Romano rem fortiter gerit. Concilium Ingelheimii celebratur.

949. Inquietissimus Hugo Dux, Ludovicum Regem ad indigna cogit, ob id Anathemate percussus.

950. Totam sibi Italiam subjicit per vim Berengarius, mortuo nunc Lothario, cuius vidua opem Otthonis Imp. implorat.

951. Ottho, vocante etiam Pont. Berengarium vincit, Papiam occupat, & Adelheidem viduam Reginam ducit conjugem.

952. Venire etiam Romam rogatus ab Alberico Urbis Principe impeditur & Berengarium beneficiarium facit.

953. Exsatiata bellis Gallia quiescit, Rege & Hugone conciliatis. Insurgit contra Imp. Luitoldus filius, ope Conradi Ducis, quâ occasione Berengarius rursus deficit.

954. Defunctis Alberico Octavianus, Ludovico Galli. Regi Lotharius, filii succedunt. S. Udalrici s Luitoldum patri reconciliat.

932. Lugente miseriam suam Româ ob infelix caput, alii sanctissimi Pontifices Ecclesiam ornant.

933. Principes mutare soliti Itali Arnulphum Bojum contra Hugonem evocant; hic Bojum pellit, & Româ potitus à privigno pellitur.

934. Ex Ungarorum innumerabili ferè exercitu, miram refert victoriam Henricus Imp. omnibus penè deletis.

935. Vincit Wandalos & Obotritos rebelles. Synodus Rhemis cogitur.

936. Quiescit in Domino post multa piè gesta Henricus I. Imp. cui Ottho filius cognom. Magnus succedit. Mortuo Rudolpho Gall. R. succ. Ludovicus Caroli Simplicis filius.

937. Italiam populati Ungari, à Marsis & Pelignis omnes ferè cæsi sunt, in Galliis tamen felicius grassantur.

938. Rebelles Principes cum fratre, triumphat Ottho. S. Æmilianus Abbas Hispanis è cœlo adest contra Saracenos, cæsi 80. millibus.

939. Triumphat iterum de rebellibus Ottho, mirè servatus. Itali novas in Hugonem tragœdias excitant. Stephanus IX. creatur.

940. Urbs grandi rursum facinore fœdatur, Stephano Papa pugnis contuso & malè fœdato. Ottho de juvanda Ecclesia cogitat.

941. Mirè orbem Christianum demeretur S. Odo Abbas Cluniacensis. Bellum Bohemicum per Duces varia fortuna gerit Imp.

942. Albericum Principem, & Hugonem Regem conciliat S. Odo, & paulò post moritur. Viri sancti ex Ord. Mon. plures clarent.

943.

943. Extinguitur Stephanus Papa, succedit Martinus. Ludovicus Rex Galliarum Normannos rebelles bello domat.

944. Mittit rogatus classem Hugoni Regi contra Saracenos Orientis Imper. & illo Fraxineto potitur.

945. Monasticam vitam amplectitur Hugo Italiæ R. Ludovicus Gall. Rex capitur à Normannis.

946. Excellit per Ecclesiam nomen S. Dunstani, cujus opera floret Anglia. Martino Papæ succ. Agapitus.

947. Nihil antiquius Ecclesiæ, & Hispanis maximè, Conciliis pro reformatione collectis. Hoc anno Asturicense celebratur.

948. Orientis Imp. Constantinus cum Collega Romano rem fortiter gerit. Concilium Ingelheimii celebratur.

949. Inquietissimus Hugo Dux, Ludovicum Regem ad indigna cogit, ob id Anathemate percussus.

950. Totam sibi Italiam subjicit per vim Berengarius, mortuo nunc Lothario, cuius vidua opem Otthonis Imp. implorat.

951. Ottho, vocante etiam Pont. Berengarium vincit, Papiam occupat, & Adelheidem viduam Reginam ducit conjugem.

952. Venire etiam Romam rogatus ab Alberico Urbis Principe impeditur & Berengarium beneficiarium facit.

953. Exsatiata bellis Gallia quiescit, Rege & Hugone conciliatis. Insurgit contra Imp. Luitoldus filius, ope Conradi Ducis, quâ occasione Berengarius rursus deficit.

954. Defunctis Alberico Octavianus, Ludovico Gall. Regi Lotharius, filii succedunt. S. Udalrici & Luitoldum patri reconciliat.

955. Crucem inter media tela præferente S. Ulrico, internecione Ungaros delet Ottho I. Imp. Obiit Agapitus Papa, succedente Joanne Alberici filio (al. Octaviano) 18. annorum adolescente.

956. Nomen æternitati consecrat grandibus meritis S. Majolus Abb. Peste laborat Occidens. Ipse Ottho ope S. Viti mirè curatur.

957. Absente Dunstano laborat Anglia, eo revocato mox felicissima. Ottho de Sclavis, Luitoldus filius de Berengario triumphat, & paulò post moritur.

958. Hic annus funestissimus Italiæ, Berengario post mortem Luitoldi sacra & prophana miscente.

959. Malè de se meritum Eduinum Regem à damnationis æternæ sententia liberat S. Dunstanus. Russi à Monachis convertuntur.

960. A proprio filio & successore Romano, Constantinus Imp. veneno tollitur. Evocatur in Italiam à Pont. Ottho Imp.

961. In Italiam movet Imp. coronato prius filio Otthone II. Creta Insula profligatis Saracenis recipitur.

962. Pacificè Romam ingreditur & coronatur Ottho Imp. & ablata Ecclesiæ restituit. Claret Flodoardus Monachus.

963. Malam rem ausus Ottho, quòd Adalberto Papa colluderet, ipsum convocato Concilio deponit, subrogato Leone VIII. Romano Imp. mortuo, succedunt filii Basilius & Constantin. contra quos Nicephorus Phocas Imp. salutatur.

964. Ablegat in Germaniam captum Berengarium Ottho Imp. & dum Roma abit, pulso Leone, revocatur

vocatur Joannes, & paulò post moritur. Electum à Rom. Benedictum captâ Urbe in exilium agit Ottho.

965. Imperatore digresso Adelbertus Berengarii filius Italiam invadit. Moritur exul Benedictus Papa, & mox Leo intrusus, subrogato Joanne XIII. Otthonis jussu.

966. Nimium excandescens Joannis Papæ capti à Rom. sorte Ottho Romam advolans graviter ulciscitur.

967. Evocatum in Italiam filium, Imperatorem coronari curat, cum Ravennati ipse Concilio interfuisset.

968. Vincit denique justa acie Adalbertum tyrannum Ottho, illo non multò post extincto. Saracenos item Calabriâ & Apuliâ ejicit.

969. Nicephorus Imp. sub nuptiarum prætextu Otthonem incautum opprimere volens opprimitur, ob cladem in Italia à suis occisus.

970. Joannes Zimisca victoriâ de Saracenis insigni Imperium inchoat. Cizens. & Mersburg. Episcopatuum initia celebrantur.

971. Scytharum, Rossorum, Bulgarorum, Turcarum 330. millium exercitum Zimisca profligat, mox & Nicephori fratrem. Ottho Imp. Magdeburgum condit.

972. Iterum vincit Zimisca, Russis Bulgariâ ejectis. Joanni Donus, huic paulò pòst Benedictus VI. succedit. Obiit S. Ratherius Episc.

973. Vitâ decedit Ottho M. succedit Ottho filius Adelheidis Imp. fit monialis.

974. Turpe iterum monstrum sedem Petri invadit

 Bonifacius

Bonifacius VII. Benedicto Papa capto & strangulato.

975. Triumphatis Saracenis Zimisca Damascum veniens veneno tollitur, succedit Basilius & Constantinus Romani filii. Benedictus VII. ejecto Bonifacio creatur.

976. Engelmundus Abb. Kenemarios, S. Adelbertus mon. Wandalos convertit. Veremundus Leg. R. Saracenos vincit. Bardas invadit Imperium.

977. Iterum Hispani Saracenos fundunt, Bardas ad hos fugiens in vincula conjicitur.

978. Ex improviso penè oppressus Ottho II. à Lothario R. hunc in Gallias persequitur, in reditu mirè cum exercitu à S. Wolfgango per flumen traducitur, frustra tentante idipsum hoste.

979. Materâ & Bario expugnatis ope Saracenorum Basilius Imp Apuliam & Calabriam recipit.

980. In Italiam contra Græcos properat Ottho Imp. pace cum Lothario facta. Ungaros convertit S. Adelbertus. S. Haraldus Daniæ Rex pro fide Christi occiditur.

981. Expugnandis Græcis intentus Imp. Carolum Lotharingum, multis donatis Urbibus, nova addens Insignia, sibi devincit Bulgari Græcis infesti Orientem turbant.

982. Desertus ab Italis Ottho grandi clade à Græcis afficitur, & vix nando invadit, ac severè in desertores animadvertit.

983. Strenuè ulciscitur se Ottho, maria cruentans, inde Pallida mors Saracenorum dictus, paulò post Romæ moritur. Obiit etiam S. Adelbertus.

984. Imperator Ottho III. filius II. puer 13. ann. Benedicto succedit Joan. XIV.

985. Liberatus metu Otthonis II. Bonifacius invasu ex Oriente redit, & Joanne PP. fame necato paulò post & ipse moritur, duorum Pont. parricida. Subrogatur Joannes XV.

986. Vitâ excedit Lotharius Gall. Rex, succedente Ludovico filio. Ingens terræ motus Orientẽ affligit.

987. Contemnens suos contemnitur Basilius, & Phocas à plerisque salutatur Imp. Ludovico Gall. R. mortuo Hugo Capetus deligitur.

988. Obiit miraculum illud Pontificum S. Dunstanus. Carolus Lotharingus Regno fratris inhians à Capeto profligatur.

989. Novi in Italia motus, quos ut sopiret Theophania Imp. illis sedem figit. Basilius Phocam tyrannum opprimit & occidit.

990. Invadens Rhemos Lotharingus, paulò post à Capeto capitur, & Regnum ab illius familiâ, certe lineâ, omninò divellitur, cum sub eo Hæresis invaluisset: Omnia Regibus in Ecclesiam licere.

991. Manente, & moriente demum in carcere Carolo filii ejus Ottho Imp. Lotharingiam servat. Tribunus Memus Saracenos vincit.

992. Arnulpho Rhemensi, in Conciliabulo quodam eius Urbis, dejecto, Rex & complices sacris interdicuntur.

993. Ingens Italiæ & Galliæ metus ob Vesuvii & Urbium incendia. Moritur S. Maiolus Abb. nemini post SS. Apost. miraculis secundus.

994. Tyrannidem in Vrbe invadit Crescentius, & Joannem Papam ejicit, quem Capetus in Gallias benignè invitat.

995. Abbas Leo, vir sanctus, ex Urbe missus Rhemensi Concilio præsidet. Moritur Hugo Rex opt.
996. Rebus humanis valedicit Joan. Papa. sufficitur Gregorius V. Corbejensis mon. qui paulò post summo patriæ Germaniæ bono & ornamento S. R. I. Electores primus instituit.
997. Gregorius Otthonem cognatum, & Imperium multis modis demeretur. S Adalbertus Boem. Ungar. & Polon. Apostolus Martyrio coronatur.
998. Ex Arabibus Saracenis insignem victoriam refert Rex Veremundus. Auctor Commemorationis Defunctorum S. Odilo æternum meretur.
999. Terras deserit Gregorius V. succedit Sylvester II. & ipse Monachus, is magnis statim meritis se commendat orbi.
1000. Admonitu Numinis Sylvester, quam Polono destinaverat coronam, Stephano Ungaro mittit & Regem renunciat.
1001. Tumultuantur iterum Romani Germanis infensi, occurrit Cæsar, & rebus compositis, intoxicatis veneno chyrothecis perit.
1002. Initio anni huius vi veneni extinguitur Ottho, & primus Electorum Votis solemnibus Imp. creatur S Henricus Bojorum Dux Bulgaros triumphat Basilius Orientis Augustus.
1003. Laus immortalis Sylvestri, primum sacræ militiæ classicum contra Saracenos cecinisse. Idem hoc anno moritur succedente Joanne XVI. & nō multò post Joanne XVII.
1004. Enascitur Berengarii Hæresis à variis SS. Monachis confutata. S. Wilhelmus Abbas grandi merito Reges conciliat.

1205.

1005. Ducto in Italiam exercitu Henricus Arduinum domat Tyrannum, & Mediolani coronatur. Idem Tremoniense Concilium convocari curat, quo Ecclesiæ mirè consulitur.

1006. Iterum Concilium convocari Francofordiæ impetrat. Monachi Polonos convertunt. Pestis orbem vexat.

1007. Fulbertus ex Abb. Carnotensis Episc. pro libertate Ecclesiæ mirè pugnat. Fundatur ab Henrico Imp. Bamberg. Episcop.

1008. Coronatur Martyrio S. Bruno Lituanorum & Russorum Apost. Decretorum volumen scribit Burcardus Wormat. Episc. Laubiens. mon. Canonistarum Phœbus appellatus.

1009. Apostolus Hunnorum & Ruthenorum. S. Bonifacius ex mon. Gnesnensis Archiep fit Martyr. Joanni PP. succedit Sergius IV.

1010. Hoc iterum anno plures è Mon. Ord. Poloniam suo sanguine fœcundant. Normanni Frisiam populantur.

1011. Angliam vexat persecutio Danica, meretur de ipsis hostibus S. Elphegus ex mon. Episc. grandi peste eos liberans.

1012. E vitâ migrat Sergius PP. succedit Benedictus VIII. qui ejectus à Gregorio intruso, fuit ad Imp. Austriam beat sanguine suo S. Colomannus mon. eius gentis Apostolus.

1013. Movet in Italiam Imp. & Arduinum ejicit. Idem pomum Imperiale à Pont. oblatum Cluniacensibus Mon. dono mittit.

1014. Testatur denuò suum in Monachos amorem Imp. & nunc Romæ coronatus Imp. coronam S. Odiloni Abbati destinat.

1015. Victus denuò à Cæsarianis Ardunius, cucullum amplectitur.

1016. Moritur sanctè Arduinus ex Rege Monachus, Basilius Imp. Apuliam & Calabriam firmat. Angli cum Danis sociantur.

1017. Ab Italis Saraceni hoc anno feliciter repelluntur. Manichæorum semina è Galliis ejicit Robertus Rex cognomento Pius.

1018. Victi tribus præliis à rebelli Melo Græci, quartò victores fiunt. Rudolphus Burgundus à suis pulsus, jussu Imp. restituitur.

1019. Quod Græci jam Romæ imminerent, Benedictus Papa Bambergæ Cæsari quæritur, cui Bamberga ab eodem donatur. Basilius Imp. Bulgaros omninò subjicit.

1020. Sanctus Wolbodo ex Mon. Episcopus Cæsarem, & Coloniensem fœdè diffidentes conciliat. Capuæ Princeps ad Græcos deficit.

1021. Non jam Anglia contenti Dani, Scotiam invadunt, grandi clade profligati. S. Guido Avellan. Mon. Musices Inventor claret.

1022. Evertit Græcos S Hen. Imp. & desperatus à S. P. Benedicto curator, Monachum se fore solemniter vovens.

1023. Robertum Gall R. convenit Henricus, Sanctus Sanctum, & de pace & reformatione actum.

1024. Imperator moriens, Virginem conjugem Episcopis commendat, quæ quod maritus & ipse voluit, cucullum amplectitur. Benedicto mortuo Joannes XX. subrogatur.

1025. Vivere desinit Basilius Or. Imp. Constantino fratre solo imperante. Guilelmus Aquit. ad Regnum Italiæ vocatus, fit Monachus.

1026. Quod soliti, iterum faciunt Longobardi, & Conrado novo Imperatori se opponunt, at profligantur.

1027. Ecclesiæ juribus confirmatis coronatus Conradus in Germaniam properat, quam Guelpho turbaverat. Obiit S. Romualdus Abbas.

1028. Reformat Ægyptum & solitudines S Benedicti Monachis implet S Bononius Abb. Moritur. Fulbert9 Episc. Carnot. profligator Hæresium.

1029. Imperio Orientis post Constantinum potitur Romanus. S. Anastasius ex Abbate Archiepiscopus, Ungaros plenè convertit.

1030. Dum Conradus Imp. infestis armis S. Stephanum Regem petit, mirè avertitur. Pisani Africam invadunt, & Regem Carthaginis capiunt, qui conversus & baptizatus dimittitur.

1031. Orientem DEI & DEIparæ cultu mirè accendit Rom. Imp. S. Wilhelmus Abb. Divion. reconciliatis filiis cum Rege ingens bellum consopit

1032. Maximus ille Ungarorum Apostolus S. Gerardus Venetus claret. Moritur Rudolphus Burgundus, & Conrado Imp. Regnum legat.

1033. Moritur Robertus verè Pius Gall. R. succedit Henricus I. filius. Conradus Imp. Odone ejecto Burgundiâ potitur.

1034. Orientem invadit Michael Paphlago, Romano strangulato, ipse à dæmone arripitur & vexatur, fratre Imperium curante.

1035. Commodo Orientis maximo, Ordo S.P. Benedicti novis incrementis per Arabiam & Ægyptum augetur, à quo innumeri à fame servatur.

1036. Totum Imperium obiit Conradus Imp. ipse omnium

omnium causa audiens, ne ministris credere cogeretur.

1037. Ulciscitur rebelles in Italia Conradus, & consentiente Papa Episcopos aliquot ejicit, exercitum peste flagellante.

1038. Augustus salutatur & coronatur Romæ Conradus, mox Pandulphum Capuanum evertit. Moriuntur S. Stephanus Rex Ungar. & doctissimus Avicenna. Saraceni Siciliâ pelluntur.

1039. Imperator moritur, succedit Henricus filius, qui suis humeris funus patris subit, & Bohemos compescit.

1040. Recrudescit bellum Bohemicum, infelix Cæsari. Dani Scotiam, Saraceni Siciliam tentant, utrique profligati.

1041. Coronatur mortuo patre Michael. Orient. Imp. Nortmanni Græcos omninò Apuliâ ejiciunt.

1042. Ungariam Petro Regi, Ono Tyrannus eripit. Zoes Augusta Constantinum Monomachum maritum eligit, qui Michaeli oculos eruit.

1043. Lucis quadam immensitate percellit orbem Cluniacense Monast. solum SS. millia simul semelque educans. Henricus Petro R. Ungariam reddit.

1044. Turbat orbem schisma gravissimum cum Sylvester III. contra Benedictum eligeretur, hic alterum sede denuò pelleret, donec resignans legendi Gregorii VI. copiam faceret. Maniaces Dux contra Monomachum Imp. in ipsa victoria occumbit.

1045. Visus non semel insolentiores victoriis Normannos compescere S. Benedictus. Casimirus è Monacho Rex Poloniæ benè meretur.

1046. Abdicat se summo honore Gregor. VI. ut periculum schismatis averteret. Eligitur Clemẽs II.
1047. In Germaniam cum Pont. revertitur Cæsar, & post Rom. alterum Concilium celebrat. Fit Martyr. S. Gerardus Ungar. Apostolus.
1048. Ejecto Benedicto IX. qui jam tertium sedem invaserat, eligitur Damasus II. Odilo & Poppo Abb. moriuntur. Turcæ invalescunt.
1049. Mortuo Damaso succedit Leo IX. Tullensis Mon. qui vix adito honore 3. Concilia indicit.
1050. Leo IX. duo Concilia Romæ alterum Vercellis celebrat, quibus Berengarius damnatus est, sed & quartum Coyacense agitur.
1051. Iterum Concilium Romæ celebrat Leo. Nascitur Henricus IV. Imp.
1052. Henricus & Andreas Ungar. R. graviter collisi, occurrente Leone Papa conciliantur. S. Petrus Damiani novam Hæresim profligat.
1053. In Normannos cum Copiis Cæsarianis movens S. Leo IX. capitur, ipsis hostibus summæ venerationi. à quibus impunè dimittitur.
1054. Naturæ debitum solvunt S. Leo IX Constantinus Imp. Orientis, & B. Hermannus Contractus. Græcos confundit S. Humbertus.
1055. Obtinent ægrè ab Imp. Gebhardum Eistettensem Episc. Itali, quem Damasum II. dicunt, Germanos jam æstimãtes. Mirè agnoscit & dejicit Simoniacos Hildebrandus Gluniacensis.
1056. Imperium Occidentale Henrico, & Orientale Theodora Augustis orbatur, illi Henricus filius, isti Michael VI. Stratioticus sufficitur.
1057. Pontifex eligitur Victore mortuo Stephanus IX.

Dux

Dux Lotharing. Mon. Casin. Michael Imp. Or. Isaacio Comneno tyranno cedit.

1058. Vitâ excedit Stephanus IX. Mincio à nonnullis electo. Verum Nicolaus II. legitimè creatur. Saraceni Siciliam invadunt, Guiscardus Apuliã. Obiit Casimirus Poloniæ R. olim Monachus.

1059. Concilium Romæ cogitur, in quo Berengarius Hæresim ejurat, viris ex Ord. Mon. sanctissimis ipsum confutantibus.

1060. Resignat Imperium æger Isaacius, substituto Constantino XII. S. Lanfrancus Mon. Beccensis Author est Theologiæ Scholasticæ.

1061. Excedit vitâ Nicolaus Pon. tyrannis quibusdam electionem ad Imp. deferentibus. Hic Cadaloum contra Alexandrum II. legitimè electum obtrudit, & Honorium II. appellat, inde tanta turbatio orbis.

1062. Profligatur à Gothefrido Duce Cadalous, cum urbem repente tentaret. Concilio Osboriensi efficit S. Damianus, ut omnes Cadaloum damnarent.

1063. Insigni merito, idem efficit in Concilio Lateran. ut Collegiatarum Clerici in commune viverent, Canonici Ord. restitutor habitus.

1064. Normanniæ Dux Wilhelmus fit Angliæ Rex, Damianus persuadet Imperatori, ut de tollẽdo schismate ageret. Cadalous Cõcilio Mantuano damnatur, Pœnitens ante mortem absolvitur.

1065. Merito immortali Hæreses varias opprimit idem Damianus. Alexander II. contra incestuosos duo Concilia convocat.

1066. Occisis competitoribus Regno Angl. potitur Guilel-

Guilelmus. S. Benno ex Mon. Episc. Wandalos convertit. Bela Ungar. Rex ad Apostasiam sollicitatus dignè ulciscitur,

1067. Augustus Orientis Constantinus Ducas moritur, succedentibus filiis cum Eudocia matre. Turcæ Cappadociam populantur.

1068. Triumpho de Turcis auspicatur Imperium Romanus Diogenes, maritus ab Eudocia expetitus. Floret Congregatio Columbina.

1069. Iterum de Turcis triumphat Romanus. Normanni Græcos Calabriâ & Apuliâ exuunt. S. Damianus Berthæ Imp. repudium impedit.

1070. Vincit rursum Turcas Romanus. Guilhelmus Angl. Rex rebelles domat. Genuenses & Pisani graviter colliduntur.

1071. Nunc victus à Turcis Romanus captusq;, mox dimissus exoculatur jussu Michaelis Ducæ, filii.

1072. In Oriente res promovent Turcæ. Guilelmus Anglus Scotos bello petit, fortiter repulsus.

1073. Moritur Alexander Papa, mirè omnium consensu acclamante populo: *Hildebrandum S. Petrus elegit*, cui mox Gregorii VII. nomen imponitur. Fuit is Prior Cluniacensis.

1074. Urbem & orbem demeretur Gregorius & bellum in Saracenos parat. Ecclesiæ libertati consulens offendit Imp. Simoniam maximè profligans.

1075. Nil magis cordi Gregorio quam reformare Ecclesiam, ipse à Cinnio Urbis præfecto captus, Martyrum auctus merito, à pop. eripitur.

1076. Ob varia scelera citatus Imp. Conciliabulum pro dejiciendo Gregorio celebrans excommunicatur, Germani alium Imp. eligere parant.

1077. Bellum & exauctorationem metuens Imp. nudis pedibus absolvi petit, & absolvitur, mox ad vomitum reversus.

1078. Electi superiore anno, inconsulto Gregorio Rudolphus Rhinfeldensis confirmari petit, celebrato ob id ipsum Romæ Concilio.

1079. Nemo satis miretur constantiam, vigilantiam & labores Gregorii, iterum nunc duobus Conciliis celebratis, conversis infidelibus, oppressis Schismaticis, Regibus castigatis, &c

1080. Motus obstinatione Henrici Gregorius, Rudolphum confirmat, qui victus ab Henrico, ex vulnere moritur. Guiscardus fit amicus Ecclesiæ.

1081. Opponit se eodem tempore Orientis & Occid. Imp. Gregorius, missoq; contra illum Guiscardo Duce memorabilem refert victoriam.

1082. Denuò urbem obsidet, priore anno tentatam Henricus Imp. cuius incendium prodigiosè restinguit Gregoriut.

1083. Ad castrum S. Angeli se recipit Pont. Urbe Leoninâ jam expugnatâ, & imperterritus Anathema vibrat in Imp.

1084. Etiam antiquam urbem expugnat auro, non armis Henricus, quem Guiscardus Dux superveniens turpiter ejicit.

1085. Roberto Guiscardo, & Gregorio VII. supremus hic annus, huic Victor III. Mon. Casin. sufficitur, toto hoc anno reluctans. Gregorius à morte miris gloriosus, incorruptissimus corpore, ut olim animo.

1086. Inaudito exemplo per vim nunc inauguratur Victor, qui abjiciens insignia Pontif. ad Monasterium suum revertitur.

1087. Victor lachrymis omnium & periculo Ecclesiæ motus acquiescit, & ejecto Antipapa, victis prodigiose Saracenis veneno tollitur.

1088. Renunciatur communi omnium voto Pontifex B. Urbanus II. Cluniacensis Monachus, & desperatus ope S. Benedicti convalescit.

1089. Ejicitur denuò Urbe Clemens Antipapa, & cogitur abdicare. Meretur miiè de Ecclesia S. Gebhardus Episcopus Constantiensis.

1090. Sanctus Thiemo ex mon. Hirsaug. Archiepiscopus Salisburg. velut alter Athanasius exagitatur. Urbanus Tolosan. & Melfit. Concilia indicit.

1091. Numerus ingens Principum, turbatis his temporibus cucullum amplectitur. Romã Guibertum recipiunt. Urban. Conc. Beneventi cogit.

1092. Imperator cum Guelphone & Mathilde diu armis contendens, desperans deniq; illusus abit.

1093. Insigniter meretur Urbanus Concilio Trojæ celebrato. Ulmæ Suevorum decernunt Principes, Urbano parendum.

1094. Urbanus Ostionense in Gallia Concilium indicit, alterũ Constantiæ ad Rhenum B. Gebhardus, præcipua Ecclesiæ columna celebrat.

1095. Concilia Placentinum & Claromontanum habentur; S. Anshelmus ex mon. Pont. Sabellianismum profligat.

1096. Rem Christianam mirè promovet B. Urb. Bullæ Cruciatæ primus author, 300000. contra Saracenos conscriptis. Idem nunc officium B. M. V. à Monachis usurpatum, Clero universo præscribit.

1097.

1097. Anselmus Barensi Concilio interveniens mirè Græcos triumphat. Vincit item Sacer exercitus, 50. millibus Turcarum occisis.

1098. Laborat in evertendo Guiberto Urbanus & Vrbe pellit. Nostri iterum de Turcis triumphant. Pergit mereri S Anselmus.

1099. Palesthina & Hierosolymis nostri potiuntur. Moritur B. Urbanus, cui statim Paschalis II. sufficitur, & ipse mon. Clun.

1100. Moritur miserè Guibertus, post quem tres alios successivè intrudit Heinricus. Moritur Balduinus Rex Ierosolym.

1101. Expeditionem alteram in Turcas parat Paschalis, successus plurimũ impediente Alexio Imp.

1102. Xenodochia, Hospitalia, Scholas, in tot à se conversis provinciis primi excitant Benedictini. Concilium Rom. celebratur.

1103. Equestris S Joan. Bapt. Ordo instituitur à S. Petro Abb. Cavensi. S. Ottho Episcopus Bamberg. & rursum S Anselmus merentur.

1104. Mirificè prosunt orbi Cluniacenses, in Persia, Armenia & ipsa Æthyopia mirè multiplicati. Trecense Concilium cogitur.

1105. Victoriam insignem refert à Saracenis Balduinus Rex Ierosolym. A proprio filio exauctoratur Henricus Imp.

1106. Consumptus mœrore moritur Henricus toto quinque annos sepulturâ carens ob excommunicationem.

1107. In Italia Tyrannorum vim opprimit Paschalis II. & Concilium Trecas indicit.

1108. Feliciter comprimit Principum Romanorum insolen-

insolentiam Pontifex. Concilio Londoniensi lis finitur de Investituris.

1109. Illustrissima duo Ecclesiæ Sydera occumbunt. SS Anselmus Cantur. ex Mon. Becc. Archiep. & Hugo Abb. Cluniac.

1110. Renunciat nunc etiam Imp. Investiturarum juri, sæpius deinceps retractare conatus.

1111. Investituras reposcente Imp. recusans Paschalis impiè capitur, donec suadentibus Cardinalibus annueret.

1112. Mitra & Manto rejecto in Concilio Rom. Paschalis se abdicat, ob concessas Investituras. Rescindunt concessa Patres, & Paschalem Pontificem resalutant.

1113. Saxones & Palatinum triumphat Henricus Imp. Victo in Oriente Balduino, plures Monachi fiunt Mart. Concilium Beneventi.

1114. Iterum Concilium Caperani cogit Paschalis, & mox aliud Bellovaci, quo Henricus V. Imp. excommunicatur.

1115. Trojæ Concilium cogitur. Moritur Mathildis Dotatrix Ecclesiæ. Lotharius Saxo Cæsarem vincit, cæsis utrinque 45, millibus. Gravis Romæ tumultus consopitur.

1116. Nihil antiquius Cæsari, quam simulare, ergò pacem flagitans eluditur. Anglo affini adfuturus contra Gallum, prohibetur à Principibus.

1117. Ad supera emigrat S. Benno Episc. grandibus prodigiis Schismaticos & Cæs. confundens & terrens.

1118. Redintegratur bellum in Gallia ab Anglo. Moriuntur Paschalis II. & Alexius Or. Imp. illi Gelasius II. Casin. huic Calo-Joannes succedunt.

1119. Excedit è vitâ Gelasius II. succ. Callist. II. Cluniac. Monachus. Galli ab Anglo profligantur.

1120. Pacis fœdera ineunt Gallus & Anglus. Occurrente Romã Callisto Burdinus Antipapa fugit.

1121. Oppugnat Sutrii Burdinum, captumq; Cœnobio includit Callistus, sed & Cincium domat.

1122. Emollitur deniq; cor Imp. Wormatiensi Concilio, & ille investituris renunciat, pace Ecclesiæ concessa.

1123. Rebus afflictis Orientis, capto Rege Ierosol. adsunt Veneti, & hostem vincunt. Scythas triumphat Calo-Joannes.

1124. Insigni strage repellitur à Gallis Henricus Imp. cum socero Anglo adesset. Redemptus à Turcis Balduinus bellum restaurat.

1125. Mortuo fine prioris anni Callisto, Honorius II. & Cælestinus II. à diversis eliguntur, resignat uterq; Honorius denuò eligitur. Moritur Henricus V. succedit Lotharius. Balduinus Turcas superat.

1126. Expugnat Welphonis ope rebelles Urbes Lotharius. Petrus Abb. Cluniac. Petrobussianã, & S. Norbertus Tanchelini Hæresim opprimunt. Cluniacenses orbem demerentur.

1127. Nihil illustrius Orbis Doctore Mellifluo Bernardo nunc habet. S. Norbertus creatur Magdeburg. Episc.

1128. Insurgit contra Lotharium Conradus Franconiæ Dux, cuius tyrannidem execratur Honorius Papa.

1129. Mediolani agente Conrado, Lotharius Germaniam plenè subjicit. Rupertus Abb. Tuitii DEIparæ charus floret.

1130.

1139. Obiit Honorius II. succedit Innocentius II. Abb. S. Nicolai, contra quem Anacletus II. à nonnullis eligitur.

1131. Honorificè in Galliis à R. excipitur Innocentius, & Concilio Rhemensi damnatur Anacletus. Repetens Investituras Lotharius, optimus alioquin Imp. à S. Bernardo deterretur.

1132. Noxium Ecclesiæ schisma tollere plurimum laborat Lotharius, quo cum solemni apud Roncalias Conventu colloquitur Innocentius.

1133. Innocentium sedi restituit Lotharius, & coronatur. Armoricam Hæresi purgat Hugo ex mon. Clun. Rothomag Archiepiscopus.

1134. Schismati tollendo Concilium Pisas indicit Innocentius. Lotharius Germaniæ tumultus consopit.

1135. Vitâ excedit S. Norbertus Institutor Præmonstratensium. Mediolanum schismate liberat S. Bernardus.

1136. Juratissimum Innocentii hostem Wilhelmum Aquit. D. mirè convertit S. Bernardus. Lotharius Lombardiam plenè subigit.

1137. Sugerius Abb. alter Salomon habitus Gallias legibus reformat. Innocentius ope Imp. & Welphonis Rogerium tyrannum & Anacletum antipontificem triumphat.

1138. Perditissimus Anacletus moritur, sufficitur opera Rogerii Victor, quem S. Bernardus convertit. Mortuo Lothario Conradus subrogatur.

1139. Imperator ex tyranno Conradus à Guelphis bello petitur. Innocentius captus à Rogerio mirè honoratus ipsum Siciliæ Regem creat;

Arnal.

Arnaldistarum Hæresis Concilio Rom. opprimitur.

1140. Æterno merito Petrus Ven. Abailardum Hæresiarcham convertit, quem frustrà lucrari S. Bern. laboraverat. Fervet bellum Germ.

1141. Innocentius Italiæ motus componit. S. Vicelinus Mon. Wandalos & Sclavos convertit. Carmelitarum origo.

1142. Toti in componendis Innocentio, & Gall. R. sunt SS. Petrus Ven. & Bernardus Abbates, & æternùm merentur.

1143. Ad superos migrat B. Innocentius II. succedit Cælestinus II. Moritur & Calo-Joannes Or. Imp. cui Manuel Comnenus filius succedit.

1144. Renunciatur Papa post Cælest. Luccius II. Christiani jam penè oppressi Arabes vincunt ope prodigiosa S. Crucis.

1145. Graviter afflictus ab Arnoldistis Lucius moritur mœrore an morbo, succedit Eugenius III. qui Orienti succurrit & Romanos compescit.

1146. Suscipitur expeditio in Orientem à Conrado Cæs. & Guelphone, sed & alia contra Boreales Ethnicos.

1147. Exortas novas Hæreses opprimit S. Bernardus. Græcorum perfidiâ variè pereunt nostri. Rogerius Thebis & Corintho captis aliisque locis subactis revertitur.

1148. Scalabim vincit Alphonsus R. Portugalliæ. Cōcilio Rhemensi variæ Hæreses opprimuntur.

1149. Veneti Istriæ & Dalmatiæ aliquot Urbes expugnant. Conradus Imp. & Rex Gall. revertuntur. Gratianus mon. Juris Phæbus, & Magister Sententiarum clarent.

1150.

1150. Imperatorē Orient. & Rogerium conciliat, atq; Opus Gratiani nunc confirmat Eugenius.

1151. Splendor ille Galliarum Sugerius Abb. S. Dion. extinguitur. Viri Principes plurimum cucullum amplectuntur.

1152. Profecturus in Italiam moritur Conradus Imp. succedit Fridericus ex fratre nepos, tanto promptius electus, quod ex matre Guelpha esset.

1153. Immortalibus adjungitur B. Eugen. III. ut & Bernardus Doctor mellifluus. Illi substituitur Anastasius IV. Abb. S. Rufi.

1154. Dum Græcus sua fide agere pergit, Wilhelmus Rogerius filius Manuelis exercitum profligat. Anastasio succ. Adrian. IV. Moritur S. Vicelin9.

1155. Orbis Urbisque pestem Arnaldum Hæresiarchā captum exuri jubet Adrianus, & Fridericum I. coronat. Wilhelmum verò Siculum compescit.

1156. Utilissimas Ecclesiæ conditiones respuens Pont. nunc obsessus à Wilhelmo R. inquissimas admittit Nostri in Oriente cæduntur.

1157. Quod iniquius correptionem ferret Frid. I encyclicis litteris à solo DEO collatum sibi Regnum jactat. Ordo de Calatrava instituitur.

1158. Terribilis Italiæ imminet Frid. Imp. & plurimas urbes expugnat, atque ad Roncalias Conventum celebrat.

1159. Extincto Adriano Alexander III. creatur, contra quem à 3. Cardinalibus Victor IV. eligitur, & à Friderico adoratur. Deficit Lombardia.

1160. Schisma gravissimum fovet Frid. Imp. quem Concilio Anagniensi cum idolo suo Alexander excommunicat.

1161.

1161. Exitiosissimum bellum avertit S.Petrus è mon. Tarentasiensis Archiep.Regibus Gall.& Angl. graviter collisis. Henric.Leo è familia Guelph. victis gentibus fidem Christi propagat.

1162. Decussatim aratro proscindit captum Mediolanum Cæsar, fugiente in Gallias Pont. S.Hildegardis Catharos hær. opprimit.

1163. Ordinatis Italiæ & Germaniæ rebus, motus Polonicos comprimit Fridericus. Turonis Concilium celebratur.

1164. Victore mortuo eligitur ab anticardin. Paschalis III. probante Friderico; à quo rursum Itali deficiunt.

1165. Quod Romani instantius urgerent, Romam redit Alexander. Moritur magna illa Prophetissa S. Elisabeth Abb. Schönaugiæ.

1166. Illaturus bellum Pontifici Imperator,præmissis copiis, aliquot loca occupat, & ipse fine anni consequitur.

1167. Negotium facessunt Friderico Itali, graviter offensi, quod latius omnia vastaret, conjurante de bello communibus armis gerendo.

1168. Magnis & variis cladibus amisso exercitu redit in Germaniam Imp.Welpho & Frid Palat. insignem expeditionem sacram parant.

1169. Obiit Paschalis Antipapa cui Callistus III. sufficitur.Gall.& Angl. Reges denuò colliduntur.

1170. Nobili Martyrio pro libertate Eccl. occumbit Thomas Cantuar.Itali adversum Cæs.se communiunt. Gallus Anglusque reconciliantur.

1171. Insignis ille Schismatis profligator S.Petrus Tharentasiensis Archiep. moritur. Hibernia Anglum, Regem agnoscit.

1172.

1172. Solemni juramento de nece S. Thomæ ſe purgat Angl. R. pœnitens nihilominus publicè abſolvitur. Humiliati inſtituti.

1173. Vincit Græcos in oculis Manuelis Imp. & confundit Henricus ex mon. Brunſuic. Lubecenſis Epiſc. S. Thomas Cant. canonizatur.

1174. Exerit denuò arma Fridericus, & Italiam premit. Angliæ motibus afflictiſſimus Rex, dum S. Thomæ fit ſupplex mirè triumphat.

1175. Memorabili clade ab Alexandria repellitur Fridericus, S. Petro apparente S. Hildegardis ſupra Delphicum Oraculum conſulitur.

1176. Suorum iratus clade Imp. prope Lignanum tritis viribus congreſſus vincitur, ipſe penè occumbens, de pace dein agit. Victus à Turcis Manuel Or. Imp. mox vincit. Albigenſium initia.

1177. Utrinq; demum pax ſancita inter Pont. & Cæſ. absque tamen figmento calcati à Pont. Cæſaris, Calliſto Antipapa ſponte reſignante.

1178. Exerit vires & virus magis magisque peſtilentiſſima Albigenſium hæreſis. Concilium Generale indicitur.

1179 Damnatur in Concilio Rom. Albigenſiũ hęreſis, & illata per longum ſchiſma, vaſtitas curatur.

1180. Succedit mortuo Manueli Alexius puer ſub Tutela matris, & Ludovic. Gall. R. Philippus filius.

1181. Vitâ excedunt S. Hildegardis Abb. & Alexander III. huic Lucius III. ſufficitur. Andronic9 alter Sejanus, fit paulò poſt tyrannus.

1182. Tranſeunt ſponte ad Eccleſiæ gremiũ Maronitæ, Orientis populi, & Latinis contra Græcos adſunt.

1183. Conſtantienſis Pax notiſſima JCtis Conſtantiæ

P ad

ad Rhenum sancitur Cæsarem inter & Longobardos. Andronicus, ne sola regnandi libidine Sejano par esset, fit etiam crudelitate, & Alexium Imp. innocentem puerum è medio tollit.

1184. Inquieti suo more Romani, coacto superiore anno Lucio Urbe excedere nunc gravius tumultuantur. Ipse Cæsarem Veronæ adit.

1185. Dignam impietate mercedem nactus Andronicus trucidatur à pop. capessente Imperium Isaacio Angelo Lucio succedit Urbanus III.

1186. Ecclesiæ denuò rebellis & legata Mathildis affectans. Fridericus Imp. cum Urbano colliditur.

1187. Nuncio de expugnatâ Jerosolymâ accepto mœrore moritur Urbanus, succedit Gregorius VIII. vir sanctus 2. tantum menses superstes.

1188. Eligitur Clemens III. qui Cæsarem, & 3. Reges Gall. Angl. & Siciliæ cruce signat. Verum mortuo Siculo Tancredus Regnum invadit.

1189. Bellum sacrum suscipit Imp. cum 150. millibus, Gallo & Anglo ob privata odia tardantibus. Interim bellum Siculum oritur.

1190. Imperator lavans in Armenia, in amne quodam mergitur nunquam repertus, Oriente æque ac Occidente complorante.

1191. Richardus Angl. & Philippus Gall. RR. in Oriente nostris junguntur. Clementi succedit Cælestinus III. qui Henricum VI. Imp. consecrat.

1192. Agente Cælestino Clementiam conjugem recipit Henricus Imp. superiore anno captam à Tancredu. hic moritur.

1193. Richardum R. ex Oriente reducem capit Leopoldus Austrius. Henricus contra Tancredi filium movet. Obiit S. Amatus Nuscensis.

1194.

1194. Imperator Siciliam ſubigit, ſolutus in Angliã redit Richard. R. Moritur Saladin9 Orient. domitor.

1195. Mancipat carceri Sybillam R. & Wilhelmum puerum oculis orbat præter fidem datam Imperator, & bona Eccleſiæ invadens excommunicatur. Alexius Iſaacium filium exoculat.

1196. Exempla crudelitatis fœdiſſima edit in Siculos Imp. Gallus & Anglus ſæpe confligunt Alphõſus R. Leg. Saracenis confœderatur.

1197. Decernitur ob id bellum in Alphonſum, & geritur feliciter à Caſtellæ & Arag. Regib. Moritur Henricus Imp Ordo Redempt. Capt. inſtituitur.

1198. Audita Henrici Imp. morte, plerique in Oriente principes dilabuntur. Philippus Henrici filius & Ottho IV Guelphus diverſis ſtudiis eliguntur.

1199. Invadit Siciliam Marcoaldus Dux, quem Innocentius cœpto avocat, & Gallum inſuper Anglumque reconciliat.

1200. Laborat gravi bello Germania Otthone & Philippo contendentibus de rerum ſumma. In Oriente Ibaucus Tyrannus opprimitur.

1201. Iſacius Alexii filius ad Venetos confugit, vacãte aliquot annis Orientis Imperio, quærens opẽ contra patruum tyrannum. Fervet Germania.

1202. Bello Orientem omnem turbant Tartari, nunc primùm cogniti. Gallus Anglo diem dicens, non comparentem damnat. Philippus Eccleſiæ bona uſurpans excommunicatur.

1203. Alexius puer, captâ à noſtris Conſtantinop. creatur Imp. Fervent bello Germania, Gall. & Angl.

1204. Rem acriter pro ſe quisque gerunt Philippus & Ottho, Alexium ſtrangulat Myrtilus. noſtri O-

riente & urbe occupatis Balduinum Imp. creat.

1205. Insidiis Bulgar. capitur Balduinus, pro quo Henricus frater imperat. Gallus Anglum multis provinciis exuit. Bellum Albigense incipit.

1206. Mactato in carcere Balduino, Henricus coronatur. Philippus prælio vincit Otthonem IV.

1207. Triumphat de Lascari Orientis Imp. & pacem concedit. Philippus & Ottho conciliantur, illo huic filiam dante cum jure successionis.

1208. Ex Albigensibus multos triumphos referunt nostri, Cisterciensium maximè precibus. Philippo occiso, succedit Ottho IV.

1209. Suscepto Romæ diademate Ottho, & ipse bona Ecclesiæ appetit. Moritur S. Guilelmus ex mon. Archiep. Rothomag. Patronus Franciæ.

1210. Innocentius Otthonem & jam Neapolim invadentem excommunicat. Fervet bellum Albig. Moritur S. Martinus Seguntin9 ex mon. Episc.

1211. Turbatissimum Imperium, Otthone Imp. Fridericum II. contra se electum armis persequente.

1212. Novus confœderatorum in Hispan. exercitus, Maurorum ad 200000. profligat. cæsi item prodigiosè in Galliâ Albigenses.

1213. Extendunt se ulterius Tartari, & Ruthenis grandi clade affectis nostros plurimum terrent. Ab Otthone plerique deficiunt.

1214. Triumphant de Otthone Philippus Gall. Rex, & de Albigensibus Simon Com. Montfortius.

1215. Orbi Christiano plurimum consulit Innocentius, celebrato Concilio Rom. 70. Archiepisc. & 412. Episc. actumque denuò de bello sacro.

1216. Petrus Antisiodorensis, mortuo Henrico Flandro fit Imp. Orient. Obiit Innocenti9 è Purgatorio

torio à S. Lutgarde liberatus, ſucc. Honorius.

1217. Inſignis rurſum Chriſtianorum exercitus in Orientem mittitur. Franciſcan. Ordo cõfirmatur.

1218. Non tam fortunæ quam pœnitentiæ exemplar Ottho Imp. ſanctè moritur. Petrus Orientis Imp. Romæ coronatur, in reditu invitatus à Laſcari perfidè occiditur.

1219. Marito occiſo, Joanna vidua biennium Orienti imperat. Fridericus Imp. coronatur, mox quæ alii auſus, excommunicatur.

1220. Orientis Imp. ſalutatur Robertus Petri filius, Friſia tota aquis mergitur, deſideratis hominũ centum millibus.

1221. Molitur multa in Pont. Fridericus. Noſtri in Oriente circumventi paciſci indigna coguntur.

1222. Vitâ excedit Theodorus Laſcaris Imperatoris nomen in Aſia minore uſurpans. Joannes Brennus Hieroſolymorum Rex Fridericum Imp. Papæ reconciliat.

1223. Novis in Oriente motibus etiam Latinorum res atteruntur. Moritur Philippus Gall. Rex, ſuccedit Ludovicus filius.

1224. Anglus Gallusque confligunt, ille profligatur. Ipſo anno arctiſſimo fœdere *Fraternum* nomen Francis cum Germanis commune, & antiquiſſimum renovatur.

1225. Movent denuò in Gallias Angli, ſed nullo fructu. Albigenſes Hæretici iterum prodigioſè profligantur.

1226. Emigrat ad ſupera Seraphicus Franciſcus, Mortuo Ludovico VII. Gall. Regi ſuccedit S. Ludovicus filius. Pruſſia Teutonicis donatur.

1227. Regis tutelam dum plures ambiunt, Gallia tur-

batur. Honorio succedit Gregorius IX. vir sanctus, qui Fridericum sacris interdicit.

1228. Absolutionis spe ducit exercitum in Orientem Imperator. Albigenses evertuntur. S. Lutgardis jubetur DEI iram ab orbe avertere.

1229. Roberto Imp. succedit Balduinus puer, qui Joannem Brennum Cæsarem creat. Fridericus Imp. Hierosolymam recipit, sed turpi cum Turcis fœdere inito.

1230. Occurrit in Italiam Imp. & absolvi rogat, interim factiones Gibellinam & Guelphicam concitat. Hispani Mauros vincunt.

1231. Deserunt hanc vitam varii SS. Fulco Rhemensis Archiep. Elisabeth Thuring. Landgravia & Antonius de Padua.

1232. Alterâ vice jam DEI ab orbe avertere jubetur S. Lutgardis. Conciliat Imp. & Papam S. Ludovicus Gall. Rex.

1233. Evellendis factionibus omnem operam impendit Gregorius Pont. Fridericus Imp. in rebelles Siculos grassatur.

1234. Rex Henricus à patre deficit, contra quem Fridericus arma parat. Ezelinus nomine Imp. Italiam vexat monstrum tyranni.

1235. Exauctorato in Comitiis Ratispon. Henrico filio Conradum Regem creat Fridericus. ille supplex carceratur.

1236. Coactus Germaniæ motibus Imp. Italia abiens Styriam & Viennam Austriæ subigit. Constantinopolim frustra obsident Græci.

1237. Sedatis Germaniæ tumultibus Italiæ imminet Fridericus, & cruentissimo prælio Mediolano potitur.

1238.

1238. Occupatur cum Ezelino suo Fridericus bello Longobardico. Balduinus Rex ipse opem sollicitat & affert Coronam spineam regium verè donum S. Ludovico Gall. Reg.

1239. Navarræ Rex opem nostris laturus in Orientem contendit. Fridericus à Papa exauctoratur, à quo deficiunt Principes.

1240. Germania & Italia bello tremunt. Austrius receptâ armis Vienna mox Cæsari conciliatur. Itali rem suam promovent.

1241. Ad superos migrat B. Greg. IX. succ. Cælest. IV. qui tantum dies 18. præfuit, sequente interregno S. Lutgardis Abbatissa precibus Tartaros ab Imperio averti impetrat.

1242. Movet contra Rom. Imp. sed Cardinalium precibus avertitur. Tartari etsi Victores Poloniam deserunt plurimis amissis.

1243. Avertit & ab Ungaria Tartaros Luitgardis. Post longam sedis vacationem eligitur Pont. Innocentius IV. mon.

1244. Innocentius ad Concilium Lugdun. Imperatorem citat. Chorasmiani pulsi à Tartaris Jerusalem occupant.

1245. Triumphans ante Victoriam Frid. Imp. castris exuitur à Parmensibus, & à Concilio exauctoratur. Ibidem Innocentius Papa primùm assignat Cardinalibus rubeum Galerum.

1246. Apparatum Decretalibus adjicit Innocentius. Henricus Landgrav. contra Frid. Imp. electus Conrado victo, in obsidione Ulmæ cadit.

1247. Rebus Regni compositis S. Ludovicus bellum sacrum parat. Chorasmiani victi & celeri à Christianis.

1248. Guilelmus Hollandus contra Frid. eligitur. S. Ludovicus in Orientem solvit. Mauri ab Hispanis triumphantur.

1249. In Italia varia fortuna pugnatur; Enzius Friderici filius capitur, ejusque frater cadit. S. Ludovicus Damiatam expugnat.

1250. Extinguitur Sacrilegus Imp. à Manfredo filio, ut volunt, suffocatus. S. Ludovicus capitur, & pactus decennii inducias dimittitur.

1251. Moturus in Guilelmum Conradus, periculis Italiæ revocatur, & Neapolim expugnat. Papa in Italiam revertitur.

1252. Itali magis magisque contra Conradum uniuntur. Ezelinus mirè sævit. Ordo Servitarum instituitur.

1253. Emergunt magis magisque quotidiè factionis Guelphicæ Itali. In Gallia Collegium Sarbonicum conditur.

1254. Defungitur Innocentius alter Francisc. & Dominicanorum Fundator habitus, succedit Alexander IV. Perit veneno Conradus Rex.

1255. Manfredus Pontificios profligat, & spargens rumorem de Conradi pueri morte Siciliam invadit, ac diris devovetur.

1256. Ezelino sacrum bellum infert Pont. & aliquot Vrbes recipit. Tartari Mesopotamiâ potiuntur.

1257. Studiis diversis Germani Richardum Anglum & Alphonsum Castellæ Regem, Augustos salutant.

1258. Subigunt plenè Persiam Tartari. Lascaris filio datur Tutor Mich. Paleologus, qui Michaelem Thessalum tyrannum profligat.

1259. Invadit & expugnat Constantinopolim Michael Paleologus. Tartari Syriam subjugant.

1260.

1260. Confœderati vincunt Ezelinum, qui ex vulnere moritur. Tartari Poloniam infestant. Monachi pl. fiunt Martyres.

1261. Innocentius dum minus succedit bellum sacrum, mœrore moritur, succedente Urban. IV.

1262. Ditionē Pontificiam infestat Manfredus ope Saracenorum, in quem bellum sacrū parat Vrban9.

1263. In Germania studio partium res inquietæ. Constantinus Bulgar. Rex Paleologi exercitum in Thracia profligat.

1264. Denuò nostri in Palesthina armis tentantur, cui imminet Ægypti Sultanus. Festum Corp. Christi instituit Urbanus, & paulò post moritur.

1265. Succedit Clemens IV. qui Carolum Ludovici Regis fratrem contra Manfredum evocat. Hispani Mauros vincunt.

1266. Accitus Romā Carolus, R. Sicil. & Hierosol. coronatur, à quo mox victus Manfred9 in acie cadit.

1267. In Italiam vocatur Conradinus à Gibellinis, ad quem mox plurimi deficiunt.

1268. Ludovicus IX. Gall. R. sanctissimus, Concessionis Investiturarum Diploma lacerat, sibi satis curæ in administrando Regno dictitans. Conradinus Siciliâ potitur. Moritur Clemens.

1269. Angli, Franci, Aragones in Orientem movent. Conradinus victus, in fuga captus decollatur. Causa Clementi mortuo falsò datur.

1270. Expeditione in Africam suscepta S. Ludovicus in obsidione Tuneti peste moritur.

1271. Mense Septembri, post longam sedis vacationem Gregorius X. eligitur. Guilelmus Durandus claret.

1272. Inter Venetos Liguresque pacem promovet

Pontifex. Tumultuatur contra Alphonſum Hiſpania, at conſopitur.

1273. Nimium invalſcentibus per German. malis, Gregorius eligi Imp. jubet. Electus Rudolphus Habſpurgius Papam Loſannæ convenit.

1274. Ipſe Gregorius Concilio Lugdunenſi præſidet ubi 500. Epiſcopi convenêre. Obiit S. Thomas Aquinas. Sylveſtrini inſtituuntur.

1275. Multis contra Rudolphum Imp. inſurgentibus, Comitia Auguſtæ coguntur, & illi hoſtes declârantur.

1276. Decedunt uno anno Gregorius X. Innocentius V. & Adrianus V. ſuccedente Joanne XX. ſive XXI. Hoſtes vincit Rudolphus.

1277. Orientis varia loca Barbari occupant. Rudolphus Imp. Bohemum triumphat. Moritur Joannes Papa, ſuccedit Nicolaus III.

1278. Vincitur denuò Otthocarus Boëm Rex, & ipſe in acie occumbit.

1279. Quod nec ſacris nunc abſtineret Carolus R. Sicil. Numinis gravem indignationem concitat.

1280. Moritur Nicolaus Papa, ſede vacante ſex circiter menſes.

1281. Inſigni plauſu Eccleſiæ Mart. II. creatur. Veſperæ Siculæ ad condictum Veſperarum ſignum cæſis in Sicilia Gallis.

1282. Regnum Siculum invadit Petrus R. Arag. & Pontificem demeretur. Tartari & Turcæ rem ſuam promovent.

1283. Excedit è vitâ Carolus Ex. Rex Sicil & Michael Orient. Imp. huic Andronicus ſuccedit Pontifex Carolum Valeſium Regem deſignat.

1284. Chriſtianæ fidei deſertor Tangador Tartarus Perſarum

Persarum Rex ab Argone vitâ & Regno exuitur.

1285. Insignem de Petro Aragonio victoriam refert Philippus Francus Martino succedit Honorius IV. Bohemus sex Electoribus septimus additur.

1286. Datâ Rudolpho Imp. pecuniâ libertatem redimunt Urbes Italiæ. Wittenbergius rebellis ab Imp. triumphatur.

1287. Iterum vacat sedes Petri novem menses Honorio mortuo. Thuringiæ Principes colliduntur & bello certant.

1288. Divina lila Gertrudis Abb. orbe mirè prodest, & iram Numinis sæpè avertit. Nicola9 IV. eligitur

1289. Victricia in Oriente signa promovet Sultanus Ægyptius. Carolus Claudius à Nicolao Papa Siciliæ Rex coronatur.

1290. Turbant Imperium Nobiles prædones, quos exscindit Imp.

1291. In componendis Regum Gall & Hisp. discordiis plurimum laborat Pont. Moritur Rudolph9 Imp.

1292. Vitam deserit Nicolaus Papa, sede biennium & tres menses vacante. Adolphus Com. Nassovius fit Imp.

1293. Turbat Imperium Albertus Rudolphi filius, ambitione Imperii manifesta, & in apertum denique bellum erumpit.

1294. Normanniam classe infestat Anglus, Rupellamque & Bajonam expugnat. Eligitur S. Cælestinus V. ex mon.

1295. Orbis Pontificatum abdicante superiori anno Cælestino, ipsum successor Bonifacius carceri includit. Albertus rem prosequitur.

1296. Cælestinus moritur in carcere. Anglus contra Gallum infeliciter, contra Scotum feliciter pugnat. Joan. & Ottho Brandenburgii Premis.

Pontifex. Tumultuatur contra Alphonsum Hispania, at consopitur.

1273. Nimium invalscentibus per German. malis, Gregorius eligi Imp. jubet. Electus Rudolphus Habspurgius Papam Losannæ convenit.

1274. Ipse Gregorius Concilio Lugdunensi præsidet ubi 500. Episcopi convenêre. Obiit S. Thomas Aquinas. Sylvestrini instituuntur.

1275. Multis contra Rudolphum Imp. insurgentibus, Comitia Augustæ coguntur, & illi hostes declârantur.

1276. Decedunt uno anno Gregorius X. Innocentius V. & Adrianus V. succedente Joanne XX. sive XXI. Hostes vincit Rudolphus.

1277. Orientis varia loca Barbari occupant. Rudolphus Imp. Bohemum triumphat. Moritur Joannes Papa, succedit Nicolaus III.

1278. Vincitur denuò Otthocarus Boëm Rex, & ipse in acie occumbit.

1279. Quod nec sacris nunc abstineret Carolus R. Sicil. Numinis gravem indignationem concitat.

1280. Moritur Nicolaus Papa, sede vacante sex circiter menses.

1281. Insigni plausu Ecclesiæ Mart. II. creatur. Vespêræ Siculæ ad condictum Vesperarum signum cæsis in Sicilia Gallis.

1282. Regnum Siculum invadit Petrus R. Arag. & Pontificem demeretur. Tartari & Turcæ rem suam promovent.

1283. Excedit è vitâ Carolus Ex. Rex Sicil & Michael Orient. Imp. huic Andronicus succedit Pontifex Carolum Valesium Regem designat.

1284. Christianæ fidei desertor Tangador Tartarus Persarum

Perſarum Rex ab Argone vitâ & Regno exuitur.
1285. Inſignem de Petro Aragonio victoriam refert Philippus Francus Martino ſuccedit Honorius IV. Bohemus ſex Electoribus ſeptimus additur.
1286. Datâ Rudolpho Imp. pecuniâ libertatem redimunt Urbes Italiæ. Wittenbergius rebellis ab Imp. triumphatur.
1287. Iterum vacat ſedes Petri novem menſes Honorio mortuo. Thuringiæ Principes colliduntur & bello certant.
1288. Divina lila Gertrudis Abb. orbe mirè prodeſt, & iram Numinis ſæpè avertit. Nicola9 IV. eligitur
1289. Victricia in Oriente ſigna promovet Sultanus Ægyptius. Carolus Claudius à Nicolao Papa Siciliæ Rex coronatur.
1290. Turbant Imperium Nobiles prædones, quos exſcindit Imp.
1291. In componendis Regum Gall & Hiſp. diſcordiis plurimum laborat Pont. Moritur Rudolph9 Imp.
1292. Vitam deſerit Nicolaus Papa, ſede biennium & tres menſes vacante. Adolphus Com. Naſſovius fit Imp.
1293. Turbat Imperium Albertus Rudolphi filius, ambitione Imperii manifeſta, & in apertum denique bellum erumpit.
1294. Normanniam claſſe infeſtat Anglus, Rupellamque & Bajonam expugnat. Eligitur S. Cæleſtinus V. ex mon.
1295. Orbis Pontificatum abdicante ſuperiori anno Cæleſtino, ipſum ſucceſſor Bonifacius carceri includit. Albertus rem proſequitur.
1296. Cæleſtinus moritur in carcere. Anglus contra Gallum infeliciter, contra Scotum feliciter pugnat. Joan. & Ottho Brandenburgii Premiſ.

laum Poloniæ Regem ex improviso obruunt & mactant.

1297. Sacrum contra Gibellinos exercitum scribit Bonifacius PP. & Columnios hostiliter exagitat.

1298. Victum in prælio obtruncat Adolphum Imp. Albertus, & ipse coronatur. Cassanus Tartarus Syriam Christiano nomine recipit. Pugnatum de Regno Siculo.

1299. Imperio stabiliendo intentus Albertus, Galli ambiens amicitiam, ei liberè cedit Regnum Arelatense.

1300. Nihil illustriorem Bonifacii Pontificatum reddidit, quam Jubilæum primò ab ipso institutum. Pulso Vladislao, Wenceslaus Bohemus, Rex Poloniæ salutatur.

1301. Vincit Scoto Anglus, ipse occurrens, cùm tertiùm Angli à Scotis victi essent. Nunc tandem confirmatur Imperium Alberto.

1302. Strage ingenti fusi ab Anglis Galli ad Curtracum; cladis authorem cum Papam crederet Rex Philippus, cum ipso collisus excommunicatur.

1303. Vitam deserit Bonifacius, cum opera Galli Anagniæ captus, vix evadens Romæ denuò caperetur.

1304. In sedem Petri evehitur Benedictus XI. qui 9. menses solum præfuit. Cassano succedit Carbaganda, qui fidem Christi deserens infelix fuit.

1305. Victus tædio factionum Clemens V. nunc electus, sedem Auenionem transfert. Tandem pax Gallum inter Flandrosque sancitur.

1306. Concedit Investituras Philippo, tanquam hospiti Symbolam Clemens. Albertus Imp. Wenceslao Jun. extincto Bohemiâ potitur.

1308. Meretur plurimum de Gallia patria Clemens, & Anglum

& Anglum Gallo conciliare laborat. Helvetii à ministris Austriacis premuntur.

1308. Albertus Imp. à Joanne nepote occiditur. Anglum & Gallum inter pax connubio firmatur.

1309. Eximia pompa Aquisgrani Henricus VII. Comes Lucelburg. coronatur Imp. Equites S. Joannis Rhodo potiuntur.

1310. Beant orbem plurimi ex Ord. Sylvestrino, Cælestino, Dominicano, Franciscano &c. viri sancti. Nova in Orientem expeditio paratur. Henricus rebus Imperii componendis intendit.

1311. Excedit è vivis Magna illa Gertrudis Imp. Abb. Henricus Imp. coronatur Mediolani. Clemens Concilio Viennẽsi præsidet. Templarii extincti.

1312. Duo Cardinales, absente Papa, solemni ritu Henricum VII. Romæ coronant, qui res Italiæ curat & componit.

1313. Tristissimus Imperio annus Henrico VII. opt. Cæs. extincto. & Principibus diverso studio Ludovicum Bojum, & Frid. Austrium legentibus.

1314. Extinguitur in venatione equo delapsus Philippus Gall. R. Moritur & Clemens, vacante dein sede ob Cardinalium discordiam. Plurium nunc voto solemniter eligitur Ludovicus Bavarus.

1315. Motibus gravissimis Italia & Germania quatitur, Friderico contra Ludovicum Imperatoris nomen usurpante. Anglus à Scoto profligatur.

1316. Joann. XXII. post longam vacationem eligitur. Ludovico Gall. Regi succ. Philippus Longus. Helvetii rebelles arma parant. Contendunt Impp.

1317. Robertus Scotus nunc Angliæ ipsi bellum infert, & victoria insigni potitur, Ludovicus Imp. res Italiæ curat.

1318.

1318. Excommunicatus Matthæus Vicecomes alios Italiæ Principes contra Papam concitat. Olivetanus Ordo confirmatur.

1319. Victi à Mauris Hispani gravem cladem accipiunt. Genuam obsidens Vicecomes à Rob. Siciliæ R. profligatur. Fervet bello Germania.

1320. Bella Italiæ exardescunt Guelph. & Gibelinorum factionibus. Andronicus Imp. Or. à Nepote suo exagitatur.

1321. Evocat in Italiam Fridericum Austr. Papa, quod Ludovicus ipsi esset suspectus. Turcæ Chersonesum occupant. Fratricelli damnantur.

1322. Decedit hoc anno Vicecomes, & mox plurimi Pontifici junguntur. Philippo Gall. Regi mortuo succedit Carolus frater.

1323. Imperatoris ope fretus Galeatius Vicecomes, Gibellinorum agit Principem, & ipse & Imp. excommunicantur. Fridericus ab Imp. capitur.

1324. Bellum Asiæ infert Turca, & plerasq; Græcorum Urbes subigit. Leopoldus Austrius Gallum contra Lud. concitat, sed ille Anglum metuit.

1325. Imperator cum Frid. captivo paciscitur, qui fide data de Imperio non invadendo dimittitur. Moriuntur Carolus Galliæ & Dionysius Lusitaniæ Reges.

1326. Tumultuatur Anglia Rege & Regina collisis, illo denique capto & à custodibus strangulato. Cum nollet occurrere in Italiam Papa, Ludovicus eò evocatur.

1327. Advolat evocatus Ludovicus & Mediolani coronatur. Moritur S. Rochus confessor, Patronus contra Epidimiam.

1328. Imperator occupatâ Urbe à Card. Columnio corona-

coronatur, & Nicolaum V. Antipapam creat. Andronicus Jun. Imperium invadit.

1329. Nutantibus nonnihil Imperii rebus, eo properat Ludovicus Imp. Nicolaus V. captus culpam deprecatur.

1330. Mauri in Hiſpania triumphantur. Joannes Bohemiæ Rex Pontificem & Cæſarem reconciliare laborat.

1331. Orchanes Turcarum Rex Nicæam Bithiniæ expugnat. Crucigeri Poloniam vaſtantes ad 40000 cæduntur. Joannes Bohemiæ Rex, fit ſuſpectus Ludovico Imp.

1332. Moritur Andronicus Senior, ſolo dein imperare nepote. Joannes Bohemus re infecta digreditur.

1333. Extinguitur Vladislaus Polon. R. ſuccedit Caſimirus filius. Anglus cum Scoto & Anglo, Granatæ item & Caſtellæ Reges colliduntur. Ludovicus à Papa nil impetrat conciliari volens.

1334. Decedit morte Joannes, cum de novo legendo Imp. tractaret, ſuccedit Benedictus XII. ex Abb. Font. Frigidi vir ſanctus. Noſtri in Oriente feliciter rem gerunt.

1335. Invitat ad unitatem Eccleſiæ promptiſſimum Imperatorem Benedictus & Clerum reformat:

1336. Reges Galliæ & Angl. funeſtiſſimo bello contendunt. Benedictus Commendas damnat & tollit, & Orientem ad Unionem vocat.

1337. Plurimum ſed fruſtra laborat Papa in conciliandis Gallo & Anglo. Locuſtarum innumera vis Germaniam depaſcitur.

1338. Imperator, impediente ut videbatur Gallo, nil æqui à Pont. impetrans de novo fit hoſtis, & excommunicatur exauctoraturque.

1339.

1339. Victoriam insignem ex Mauris referunt Hisp. ni, cæso Albomelico Principe. Romanos r belles compescit Benedictus.

1340. Quadringentis Maurorum millibus cæsis c ptisque sacer noster exercitus, auxilio Hispan missus, triumphat. Anglus Gallicam classe ad Clusas superat.

1341. Magnificentissimum Avenione Palatium stru Pont. & Tartaros Armeniosque ad fidem voca Andronico mortuo invadit Imperium Joanne Cantacuzenus, Joanne Andronici filio submoto

1342. Vitam mortalem deserit Benedictus Papa, suc cedit Clemens VI. Abb. Fiscan. qui statim H spanis & nostris in Oriente subsidia mittit. In stituitur Pragensis Universitas.

1343. Expetens rursum confirmationem Lud. Imp cum non nisi resignato in manus Papæ Impe rio offerretur, & renueret, excommunicatur.

1344. Magnis victoriis illustrissimus annus. Smyrn à nostris capta, Turcis à Cyprio, Tartaris al Ungaro, Scythis à Genuensibus, Mauris al Hispano profligatis.

1345. Multis Sicil. Regnum ambientibus, illud An dreæ Ungaro decernitur, quem paulò post Jo anna R. occidit. Anglus Gallum premit.

1346. Apud Rensium solemni Principum Conven tu Carolus IV. Imp. contra Lud. salutatur. An glus memorabili prælio Gallum superat.

1347. Venatu rediens Lud. Imp. apoplexia tactus e quo labitur & paulò post moritur. Gabrinus scriba Romæ dominatur, dein elabitur.

1348. Quam celerrimè oppressa Sicilia fratrem ulcisci tur Ludovicus Ungarus. Galliæ pax redditur. Pestis toto orbe grassatur. 1349.

1349. Extincto nunc Orchane Turcarum res nutant. Universitas Florentina conditur. Joanna Navarræa moritur, succedit filius.

1350. Summè orbem demeretur, Jubilæo ad annum quinquagesimum revocato, Clemens Papa. Philippo Gallo succedit Joan. filius.

1351. Superioris anni continuandam felicitatem retardant Veneti & Ligures collisi. Teutonici Lituanos triumphant.

1352. Excedit vitâ Clemens Papa succedente Innocentio VI. Genuenses Venetos triumphant.

1353. Movent in Ligures Veneti, & 40. naves deprimunt. Duo Tyranni Romæ oppressi.

1354. Iterum congressi cum Genuensibus Veneti, sæpius deinceps Auria Duce vincuntur.

1355. Lutetiam captivus rapitur Navarræ Rex, quod Anglo favisset. Carolus IV. coronatur. Cantacuzenus Ex. Imperator fit Monachus.

1356. Auream Bullam edit Carolus Imp. Gallus cum Anglo congressus, victusq; cum filio captivus abducitur.

1357. Magno furore armis congrediuntur Castellæ & Aragon. Reges. Lesbum Genuensibus dono dat Orientis Imp.

1358. Navarræus omnia in Galliis turbat. Hispani Reges pergunt confligere. Claret B. Joan. Columbinus Jesuatorum auctor.

1359. Operam omnem impendit conciliandis Regibus Innocentius sed frustra, triumphante non semel Aragonio. Galli vincunt Anglos.

1360. Nunc demum pace facta Rex Gall. dimittitur. Lollhardi hæretici Germaniã inficiunt & turbãt.

1361. Magna ex parte à Gibellinis occupatum Ecclesiæ pa-

ſiæ patrimonium recipit Innocentius. Cracovienſis Academia fundatur.

1362. Urbanus V. ex Abbate S. Victoris Maſſiliæ ſummus Pont. poſt Innocent. Eccleſiæ præeſt, cæleſti S. Benedicti ope creatus.

1363. Urbanus grave odium Cæſ. & Reg. Ungari conſopit & Reges Hiſp. conciliat. Turcæ Palæologum Imp. vectigalem faciunt.

1364. Totus iterum in retrahendis à bello Principib9 verſatur Urbanus, & ad ſacrum bellū concitat.

1365. Denuò exardeſcens bellum Gallos inter & Anglos componit, & Cæſarem arbitrum jubet. Rex Cyprius Alexandriam Ægypti occupat.

1366. Orientis res proſperè ſuccedunt, Urbanus redire in Italiam cogitat. Carolus Imp. ſummo plauſu in Gallia excipitur, ſed morte Reginæ compoſitio impeditur.

1367. Urbanus ſedem denique Romam transfert, ad quem occurrens Paleologus Orientis Imp. obedientiam promittit.

1368. Quod gaudium ex reditu Pont. & occurſu Paleologi cumulatum vellet Carolus Imp. & ipſe occurrens ſplendidè excipitur.

1369. Superatur bello & occiditur impius Caſtellæ Rex Petrus. Iterum conciliat Imp. & Ungarum Papa, & Galliæ moribus per ſeipſum occurrit.

1370. Urbanus Papa opt. meritus ſanctè defungitur, ſuccedit Gregorius XI. Claret S. Catharina Senenſis Ord. prædicat.

1371. Remiſſius contra nova Wicclefſiſtarum dogmata agens Rex Angliæ, à Gallis magna ſtrage vincitur.

1372. Vincunt ſæpius Anglos Galli. In Oriente Petro

Cyprio

Cyprio occiso, quotidie deteriora. Hostis Ecclesiæ Vicecomes Italiam turbat.

1373. Turcicum bellum commendat Cæsari & Gallo Pontifex, opem rogante Paleologo. Guelphi Gibellinos triumphant.

1374. Italicam profectionem molitur Gregorius, sed impeditur, interim Valachos missis prædicatoribus Christo lucratur.

1375. Bello laborat Ecclesia & Italia. Joan. Cantacuzenus ex Imp. Monachus primatum Rom. Ecclesiæ acriter asserit.

1376. A filio exauctoratus Paleologus ope Venetorum restituitur. Gregorius Papa Romam revertitur.

1377. Hæresim Wiccleffi strenuè debellant. Benedictini in Anglia. Moritur Rex Eduardus, succedit Richardus.

1378. Moriuntur Gregorius Papa & Carolus Imp. huic Wenceslaus filius, illi Urbanus VI. succedunt, contra quem Cardinales impiè Clementem VII. eligunt.

1379. Urbanus de Clemente & illius fautoribus triumphat, & Gallum illi faventem excommunicat. Joanne R. cum Clemente fugit in Gallias.

1380. Regni solemnibus Comitiis Germani Urbanum agnoscunt. In Persipe quidam Sophi novam Sectam inducit.

1381. Afflictissimus orbis status, Oriente Græcorum seditione, Occidente Schismate scisso. Carolus Dyrrachinus Siciliam occupat, & Joannam Reginam captivam trahit.

1382. Hæresis Wiccleffi Synodo Londinensi damnatur. Joanna Regina, ut meruit, strangulatur. Tumultuatur Flandria.

1383. Christianis dissidentibus Bajazethes Turcarum Imp. varias provincias occupat. Leo Armeniæ Rex Romam pro ope occurrit.

1384. Moritur mœrore an peste Ludovicus Andegav. à Carolo Siculo victus. Joan Imp. Orient. à filio deponitur, & hic in verba Turcæ jurat.

1385. Adornius Genuensium Dux detentum à Carolo Siculo Papam liberat. Lusitani Castellanos profligant.

1386. Temeritatis dat pœnas Carolus Siculus, idemque Ungar. R. captus & strangulatus, succedente in Sicilia Ladislao filio, in Ungaria Sigismundo Wenceslai Cæsaris fratre.

1387. Joannes Paleologus evadens è carcere, dejici filium impetrat, & alterum filium Manuelem coronari. Carolus Navarræus miserè perit.

1388. Numinis jussu Romam redit Pont. Wenceslaus Imp. simulata Romana profectione decimas Eccl. impetrat & abligurit.

1389. Movet omnia ad eversionem Urbani Clemens VII. ille autem moritur, succedit Bonifaci9 IX. Turcæ Venetis Athenas & Thebas eripiunt, Wenceslaus nomen Imp. fœdare pergit.

1390. Occurrit primus Bonifacium adorans Ladislaus Siculus, qui Regnum ipsi confirmat, Ludovico Andegavensi cum classe imminente.

1391. Asiâ ferè universâ potiuntur Turcæ. Tamerlanes Tartarus orbi innotescit. Bonifacius à Gallo & Schismaticis vexatur.

1392. Turbatur vix nuper composita Italiæ pax, Galeatio & Carrario collisis. Turcæ per Orientem nimis invalescunt.

1393. Insigni prope Nicopolim clade profligatur à Bajazethe

jazethe, Sigiſmundus R. Ungar. deſideratis 20. millibus. Rex Galliarum perſonatus incedens, penè exuritur.

1394. Vitâ excedit Clemens Antipapa, cui AntiCardinales Petrum de Luna ſufficiunt. Bajazethes Conſtantinopoli imminens iniquas conditiones extorquet.

1395. Nunc tandem Gallus rogatu Principum in tollendo ſchiſmate ſeriò laborat, obnitente Aragonio, qui repentinò moritur.

1396. Inter Gallum Anglumq; arcta jam fœdera firmantur. Cruciigeri & Polonus hoſtilia parant.

1397. Laborat plurimum pro Eccleſia Gallus, evocatumque ad ſolemnem Conventum Cæſ. ſimiliter perſuadet, licet hic nihil ageret.

1398. Indicto in Galliis Concilio cum rogatus Petrus de Luna, per viam ceſſionis Reip. Chriſtianæ conſulere nollet, deſeritur & obſidetur. Tartari cum Tamerlane ſuo proſperantur.

1399. Hoc demum anno victus à Tamerlane Bajazethes, ſcabelli vice equum ſcandenti ſervit, & caveæ ferreæ includitur. Aragonius Siciliam occupat; Galeatius Italiem turbat.

1400. Imperatore ignaviſſimo exauctorato, Rupertum Palatinum eligunt Germani. Henricus Leceſtrius à Rege Angliâ pulſus, revocatur ab Anglis, & contra Regem eligitur.

1401. Norimbergenſes ſoli in fide Wenceslai durant, ab ipſomet ſoluti ſacramento pro cadis aliquot vini Bacharenſis. Sigiſmundus Rex ab Ungaris capitur.

1402. Evocatus ad coronam Rupertus à Pont. cum nuſpiam fideret regreditur. Galeatius ſpe Regnum Italiæ devorans moritur.

1403.

1403. Loca plura recuperat Pont. Sigismundus evadit Ladislao Rege ex Ungaria fugiente. Petrus de Luna è custodia evadit.

1404. Ladislaus Polon. R. Sigismundum & Wenceslaum fratres conciliat. Moritur Bonifacius IX. succedit Innocentius VII.

1405. Evocatus à Rom. rebellibus Ladislaus R. fugiente Papa, magno plausu exceptus, paulò post ejicitur, & Papa revocatur.

1406. Vrbem solemni pompa ingreditur Innocentius, & paulò post moritur subrogato Gregorio XII.

1407. Turbator Ecclesiæ Ludov. Aurelianensis occiditur. Simulatione Petri de Luna comperta, dum non vult Saonam occurrere Gregorius, malè traducitur.

1408. Evertendo schismati, sed mediis non probandis, instant Principes Ladislaus occasione schismatis Italiæ inhiat, & occupatâ denuò Urbe ejicitur.

1409. Exauctoratis per Concilii Pisani Patres Gregorio & Petro Lunæ Alexander V. sufficitur, & pro legitimo habetur.

1410. Rupertus Imp. moritur. Solimannus Turca à suis perimitur. Alexandro extincto Joan XXIII subrogatur. Ferdinandus Hispanus, Mauros, Ladislaus Polonus Crucigeros triumphant.

1411. Ab exercitu Pontificio Ladislaus Rex vincitur. Sigismundus R Wenceslai Bohemi fratres, eligitur Imp.

1412. Dum restaurat bellum Ladislaus, audiens Concilium contra se parari Papæ conciliatur. Sigismundus occurrens Papæ Concilium Constantiam ad Rhenum sive Acronium indici persuadet.

1413.

1413. Tertiùm jam Urbem occupat Ladislaus fœdifragus, quæ causa Patribus, ut statim Concilium, Constantiam indicerent.

1414. Sumit initium celeberrimum Constantiense Concilium, occurrentibus eo, Joanne XXIII. & Sigismundo Imp. Moritur impius Ladislaus R.

1415. Eximio pacis studio, Gregorius Papatu se abdicat, Joannes cogitur, Benedictus Luna excommunicatur. Joan. Huss exuritur. Memorabilem victoriam de Gallo refert Anglus.

1416. Totus in evertendo Schismate Sigismundus Imp. ipse ad diversos Reges proficiscitur, Joannes Papa fugiens capitur.

1417. Ottho de Columna in Concilio Pont. eligitur, dictus Martinus V. Gregorii acta confirmantur, schisma tollitur. Bellum finitur.

1418. Post sessionem 45. die 22. Aprilis Concilium Constantiense finitur. Gallia intestinis motibus affligitur. Mahometi succedit filius.

1419. In Italia tyrannidem invadit Braccius. In Bohemia Hussitæ arma corripiunt.

1420. Nimium invalescunt Hussitæ, quibus cum congressus Imp. vincitur, coronatur tamen Bohemiæ Rex. Neapolitani Ludovicum Ducem Andium evocant.

1421. Joanna Neapolitana R. Alphonsum Aragonum R. adoptat, & eius ope triumphat. Moritur Manuel Imp. Or. succedente Joanne filio. Sigismundus iterum ab Hussitis vincitur.

1422. Martini Papæ operâ sacro bello petuntur Hussitæ, sed nostri fugantur. Joanna R. Alphonso renunciat. Amurathes Epirum subigit.

1423. Offensus Æmuli promotione Alphonsus cum Martino Papa expostulat; adest Joannæ Sfortia, & Alphonsum vincit, hic Neapoli potitur.

1424. Hic annus supremus Sfortiæ, Braccio, Benedicto de Luna, & Ziscæ Bohemorum Duci fuit. Angli bello Gallos superant.

1425. Obnoxias sibi plures Italiæ urbes facit Alphonsus, & contra Pont. vim parat. Hussitæ nostros iterum vincunt cæsis 12000.

1426. Martinus nunc Alphonsum placare conatus parum efficit. Hussitæ Silesiam vastant. Rex Cyprius captus fit Vasallus Saladini.

1427. Opera Martini rursus ingens exercitus in Hussitas ducitur, & nec conspectum hostis sustinet, Philippus D. Mediolanensis à Venetorum exercitu profligatur.

1428. Hussitas felicius calamo Monachi, quam ferro milites triumphant. In Italia variis studiis arma moventur.

1429. Expectatissimâ pace Ecclesia fruitur, resignante Clemente VII. qui Lunæ successerat. Reges Hisp. Mauros vincunt.

1430. Triumphans sæpius hoc & superiore anno de Anglis Joanna puella capitur & exuritur. Sigismundus Imp. cum Polono colliditur.

1431. Actum conclusumq; de Concilio Basiliensi celebrando. Moritur Martinus. succ. Eugenius IV.

1432. Triumphant de Anglis Galli & Carnutum recipiunt. Sigism. Imp. Romæ solemniter coronatur.

1433. Nihil tristius orbi accidere potuit, quam nunc membris à capite dissentientibus, Patribus Concilii Basiliensis, contra jussa & reverentiam summi Pastoris rem prosequentibus.

1435.

1435. Liberatur deniq; diuturno bello Gallia. Mortuâ nunc Joannâ Neapolis R. novæ de regno illo lites.
1436. Omnem movet lapidem Alphonsus, sed Renati Lotharingi favens conjugi Pontifex illum in Burgundia captum liberari curat.
1437. Vivere desinit Sigismundus Imp. Unionem Ecclesiæ petente Joanne Orient. Imp. Concilium Ferrariam indicit Eugenius.
1430. Sanctio Pragmatica in Concilio Basil. constituta publicatur in Gallia. Concilium Ferraria ob pestem transfertur Florentiam ipso Orientis Imp. eò occurrente. Albertus Imp. creatur.
1439. Infando ausu, malè consultantes sine capite Basilienses, Felicem V. Antipapam creant. Albertus Turcas ab Ungaria avertit, & paulò post moritur.
1440. Nobilissima illa ars Typographica nunc primum in Germania est inventa. Fridericus III. Imperator salutatur.
1441. Joannis Hunniadis virtus innotescit orbi, cæsis nunc Turcarum viginti millibus. Festum Visitationis B. M. V. à Patribus Basiliensibus instituitur. Felix V. ab Eugenio excommunicatur.
1442. Meretur iterum Huniades, cæsis Turcarum 30000, captis 5000. Neapolis nunc plenè Regno potitur Alphonsus. Scanderbegus fit liber
1443. Victoriâ memorabili rursum potitur Huniades. Alphonsus R. & Eugenius Papa reconciliantur.
1444. Nulla luctuosior Christianis clades, quam nunc Varnensis fuit, violatâ à nostris pace, & Vladislao R. contra Turcas occumbente.
1445. Ad Ladislaum Posthumum devolvitur Ungaria, dato Tutore Huniade, qui rem fortiter agit. Joanni Paleol. mortuo succ. Constantin9 frater.

1446. Ne in Imperium progrederentur prohibet Turcas fortissimus Huniades, sed & Castriotus sive Scanderbegus eosdem profligat.

1447. Obiit Eugenius IV. succedit Nicolaus V. Felix monente B. Bassando Cælestino mon. spontè se abdicat.

1448. Bellum inferens Turcis, & jam 34000. cæsis, fessus potius quam victus se recipit Huniades. Mortuo Philippo Mediolanensium Duce ingens oritur pro Ducatu contentio.

1449. Matri Ecclesiæ pax tandem reddita, sublato omninò pestilentissimo Schismate. Bellum Norimbergense oritur.

1450. Vix gustatâ pace, bello orbis confunditur; collisis Gallo & Anglo; Italis & Hispanis & Oriente opem flagitante.

1451. Capistranus & Æneas Sylvius frustra Bohemos revocare laborant. Pro Ducatu Mediolan. acriter contenditur.

1452. Dum Fridericus in Italia coronatur. Ungari Ladislaum puerum Regem suum petunt, reversusque Imp. & obsessus dare cogitur. Turcæ Athenas diruunt

1454. Ingenti Christianorum luctu Constantinopolis à Mahomete expugnatur, occumbit Imper. Constant. Fervet bellum Mediolan.

1454. Victores Galli, Anglos deniq; Regno ejiciunt, sed & Italiæ agente Pontifice pax redditur.

1455. Quiescere nescius Castriotus, nunquam non Turcas graviter affligit. Nicolao mortuo Calixtus III. succedit.

1456. Devicto Oriente, spe devorat Occidentem Mahometus, & Huniadem aggressus, vix effugit cladem

cladem amissis 40000. Verum Huniades, complorante Ecclesia universa eodem anno moritur.

1457. Ingens periculum Ungariæ, ob discordiam, bellum Persicum avertit.

1458. Vitam deserunt Ladislaus R. Alphonsus Aragonius, Calixtus. Huic succedit Pius II. Persæ Turcas profligant.

1459. Quantum potest laborat Pius in conciliandis Principibus, quos ad sacrum bellum accendit. Matthias Huniadis filius è carceribus Bohemicis ad regnum Ungaricum evehitur.

1460. Oritur novum de regno Neapolitano bellum, Renati filio Joanne & Ferdin. Aragonio certantibus. Sed & funestissimè fervet Anglia.

1461. Rem suam promovet Mahometus, Trapezuntio subacto. Eduardus Eboracensis, pulso Rege, potitur Angliâ.

1462. Exardescit bellum Moguntinum, duobus de Episcopatu contendentibus. Ludovicus Gall. R. Pragmaticam sanctionem damnat.

1463. Fridericus Imp. Viennæ à civibus obsidetur, & à Bohemo liberatur. Veneti ad Mithylenem haud levem cladem à Turcis accipiunt.

1464. Fridericus Imp. coactus à Matthia R. coronam Ungariæ reddit diu detentam. Pius Papa moritur, succedente Paulo II.

1465. Obtinet insignem de Turcis Victoriā Scanderbegus. Seditio Galliæ consopitur, ut & bellum Prussicum, fiuntq; clientes Regis Crucigeri.

1466. Anathemate ferit Bohemiæ Regem ob manifestam Hæresim Paulus Pont. Moritur Castriotus Turcarum malleus.

1467. Naturæ concedit Philippus Burgundus, succe-

dit Carolus filius, qui statim Leodienses bell[o]
petit. Insignem constitutionem edit Paulus I[I]
de collatione Beneficiorum.

1468. Victor Burgundus Leodium incendit & barba-
rè sævit. Paulus Matthiam Ung. Regem Bohe-
miæ designat, & pacem Italiæ, Galliæ & Hispa-
niæ à Regibus & Princ. impetrat.

1469. Equitum S. Michaelis Ordinem instituit Lu-
dovicus Rex Galliarum. Matthias armis poti-
tur Bohemiâ, & coronatur.

1470. Varvicensis Comes Eduardum Angliâ exuit
& Henricum R. exulem restituit. Polonum a[b]
Ungaro invadendo avertit Pontifex.

1471. Quæsitâ & impetratâ Burgundi ope Eduardu[s]
capto Rege Angliam recipit, & Varvicensen[m]
occidit. Mortuo Georgio R. Bohemi contr[a]
Matthiã, eligũt Polonũ. Paulo II. succ. Sixt. IV

1472. Turcam oppressurus Papa classem armat, [&]
Christianos Principes ad idem concitat. Ga[l]-
lias turbat Burgundus.

1473. Adversum Turcas infeliciter pugnat Persa [a]-
missis 10000. Jubilæum in sequentem annu[m]
indicitur. Ordo Minimorum instituitur.

1474. Orbis universi plausu Jubilæum ad 25. annu[m]
contractum celebratur. Matthias Ung. Tu[r]-
carum multa millia profligat.

1475. Rursum Turcæ in Moldavia grandi strage retun-
duntur. Burgund9 Lotharingiã bello opprimi[t]

1476. Carolus Lotharingo victo Helvetios petit, [&]
500. contra datam fidem mersis & suspensi[s]
ab iis propè Murtam cæditur, amissis 30000.

1477. Exuere denuò Ducatu Lotharingiam volen[s]
Carolus, ope Helvetiorum victus occumbit [a]
Nanceiũ. Veneti ad Sonciũ à Turcis vincunt[ur]

1478. Sixtum Papam exagitant Itali, defendit Ferdinandus R. Turcis Epiri metropolim Croiam expugnant.

1479. Nunc denique Ungarus & Polonus conciliantur, & ille contra Turcas totus fertur. Moscus Polonis Novogradum extorquet.

1480. Obsident Rhodum Turcæ, repulsi amissis 30000. totidem in Transylvania mactat Steph. Battoreus, sed ad Hydruntem felicius pugnant cæsis nostrorum 12000.

1481. Concilium Romam indicitur ad opem contra Turcas sollicitandam. Moritur Mahometes primus Constantinop. Imp. Clarent Gabriel Biel & Picus ille Mirandulanus Francisci Germanus.

1482. Equo lapsa Maria Burgunda, curationem ob verecundiam recusans moritur, & Austriorum inde potentia plurimum augetur. Italia & Scotia bello turbantur.

1483. Moriuntur Ludovicus Gall. & Eduardus Angl. Reges. Venetos Italiam turbantes excommunicat Sixtus Pont.

1484. Insigni victoriâ Mauros Granatenses debellant Hispani. Sixto mortuo succed. Innocentius VIII.

1485. Superatus ab Henrico Richemondio Richardus Angl. Rex in acie cadit. Matthias Ungar. Rex Viennam expugnat.

1486. Sultanus Alcairi grandi clade Turcorum exercitum profligat. Maximilian. I. Rex Rom. eligitur.

1487. Interceptis commerciis Veneti cum Austriis colliduntur, sed à Pontifice res componuntur. Turca vim parat.

1488. Tremollius Britannos magnâ strage vincit. Maximilianus Rex à Brugensibus capitur, sed à

 patre

patre liberatur. Imperator & Ungarus reconciliantur.

1489. Neapolis Regem Ferdin. fœdifragum exauctorat Innocentius. Maximilianus & Carolus Gallus ratione conjugii bello certant.

1490 Apoplexia moritur terror Turcarum Matthias Rex Ungar. succedit Vladislaus Rex Boemiæ, & Maximilianus Austriam recipit.

1491. Maphæus Camaldul. sanctitate purpuram ornat. Maximilianus cum Ungaro pacem componit.

1492. Alexander VI. Innocētio mortuo succedit, quo ipso anno Mauri omninò Hispaniis ejecti sunt.

1493. Moritur Frid. Imp. Christoph. Columbus novum orbem invenit, cuius primus Patriarcha Buellius monachus Monferrat. constituitur.

1494. Venit in Italiam Carolus R. Gall. legatum sibi à Renato Regnum aditurus, quo tempore Ferdinandus Rex moritur, & Alphonsus filius fit monachus.

1495. Triumphantis more Neapolitano Regno potitur Gallus, quod ipsum cum jam suspectum Italis redderetur, reditum eius prohibituri profligantur. Camera Spirensis instituitur.

1496. Pedem vix extulerat Gallus, cum Neapolitani ad Ferd. Jun. Alphonsi filium deficiunt. Maximilianus Imp. in Italiam venit.

1497. Expeditionem in Africam suscipiunt Hispani. Scoti & Angli pacis fœdera ineunt.

1498. Carolo Gall. Rege mortuo succedit Ludovicus XII. Valesius, qui pacem cum Hispano, Anglo & Cæsare init.

1499. Suscepto contra Helvetios bello Maximilianus Imp. sæpissimè profligatus reconciliatur. Gallus

lus Mediolano potitur. Sfortia opem Turcarum implorat.

1500. Universale Jubilæum Romæ celebratur. Buellius cum suis Monserratensibus Ascetis supra 170000. Idola confringit.

1501. Successu felici in Turcas movent Itali, Hispani & Galli, sed his ad Mitilienen cæsis, Veneti cum Turca pacem sanciunt.

1502. Albigniacus Gallus & Consalvus Hisp. de Regno Neap. pro suis Regibus dimicant. Lusitani pergunt novum orbem subjicere. Rusticorum Liga, sive confœderatio Spirensis.

1503. Supremus annus Alexandro VI. succ Pius III. & post paucos dies Julius II. Alphonsus Albuquerquius, alter Magnus Alexander in Indiis domandis celebratur.

1504. Victoriam prodigiosam pulsis Gallis, & Regno Neapol. subacto, ope S. Benedicti consequitur Consalvus Magnus. Calecutanus Imperator à Lusitanis triumphatur.

1505. Almeida primus Indiæ Prorex renunciatur. Collisus cum Ruperto Com. Palatino Imperator reconciliatur.

1506. Calecutanum denuò, memorabili triumpho vincunt Lusitani. Julius Papa Bononiam pulso Bentivolio recipit. Universitas Francofordensis instituitur.

1507. Subjectionis impatientes Genuenses Gallos urbe ejiciunt, sed Ludovicus Rex Gall. iis victis ovans urbem ingreditur.

1508. Venetos conjunctis armis petunt, Pont. Imp. Gallus, & Hisp. primos in America Episcopos & Ecclesias instituit Buellius Monserratensis. Calecutanus nostros superat.

1509.

1509. Insigniter rependit cladem barbaris Fran. Almeida. Venetis plurimæ Urbes ereptæ à confœderatis. Moritur Henricus VII. R. Angl.

1510. Nimiam exterorum potentiam suspectam habens Pont. Venetis jungitur. Albuquercius Goam Indiarum metropolim expugnat.

1511. Venetis etiam Hispani & Helvetii junguntur, durantibus in fœdere Gallo & Cæs. Albuquercius Malacæ Regnum subjicit.

1512. Ad Ravennam Pontificios & Hisp. vincit Gallus cæsis 16000. verum accedente ad Pont. Cæsare & Anglo Galliam invadente, Italiam desèrere cogitur, & Mediolano exuitur.

1513. Veneti nunc Gallo favent, & hic Mediolanum tentans vincitur, cæsis etiam Venetorum ad Bachilionem 7000. Julio succedit Leo X.

1514. Triumphant de Moscovitis Poloni, de Persis Selimus Imp. Turc. Gallus & Anglus repentè amici & affines ex hostibus.

1515. Moritur Lud. Gall. R. succ. Franciscus Valesius, qui mox cæsis Helvetiis Mediolanum recipit, & Pragmaticam abolet.

1516. Veneti ex amicis iterum hostes, iterumque amici Gallorum. Maximiliani exercitus Mediolano imminens re infecta digreditur. Selymus Mammalucos profligat. Moritur Abbas Trithemius.

1517. Expugnat Cairum Selymus. Ferdinando Hisp. mortuo succedit Carolus V. Martinus Lutherus Romanam Ecclesiam oppugnat.

1518. Maximiliano Imp. petente mittitur Card. Cajetanus ad Religionis dissidium componendum. Leo Principes ad sacrum bellum concitat.

1519. Mortuo Maxim. Imperium defertur Friderico

Saxon.

Saxon. Electori, & hoc recusante, Carolo V. Mare novum reperit Magellanus à se dictum.

1520. Exauctoratur non acquiescens Cæsari Wirtenbergius, & Ducatus Carolo V. à confœderatis Sueviæ venditur. Ipso anno coronatur Carol9.

1521. Nobilissimum Europæ propugnaculum Belgradum Turca occupat. Leoni succedit Adrianus VI. Comitiis Wormat. Lutherus proscribitur. Cæsariani Gallos Mediolano exuunt.

1522. Miro successu Fontarabiam, Pampelonam & Navarram Galli occupant, & Hispanos premunt. Conventus Norimbergæ agitur. Solymannus Rhodum occupat.

1523. Obiit Adrianus VI. succedit Clemens VII. Germanis, Anglis, Flandris Gallum petentibus nutat fortuna ejus.

1524. Cæsariani exercitus Dux Borbonius Massiliam obsidet, Franciscus Rex ipsum fugat, & mox Lombardiâ ferè totâ & Mediolano potitur.

1525. Nimiam Galli felicitatem calamitas excipit, fususque ad Ticinum ipse capitur, eodem anno dimissus. Rustici in Germania rebellionē movent. Ordo Patrum Capucinorum instituitur.

1526. Ungarorum Rex Lud. cæsus à Solymanno in fugia perit. Franciscus Rex Venetis & Pont. jungitur, Fronspergius triumphat.

1527. Hoc anno Roma & Pont. capitur à Cæsarianis, Borbonio dum muros scandit occiso. Henric9 VIII. Angl. Rex à fide deficit Rom.

1528. Mittit exercitum ad liberandum Pont. Gallus, & recrudescit bellum, peste consopitum. Comitiis Spir. Protestantium nomen nascitur.

1529. Europæ pax reddita, conciliatis Papa, Imp. & Gall.

Gall. R. Turca cum 300000. Viennam tentans pellitur. Sudore Anglico laborat Germania.

1530. Rem suam curant fœdere Smalcaldico Protestantes. Carolus Romæ coronatur. Confessio Augustana Comitiis ibidem emergit.

1531. Occumbit Zvvinglius novæ sectæ auctor bello Helvetico, quod ipse concitârat. Joan. Palatinus Russiæ Moldavum vincit.

1532. Bellum Religioni apertum indicit Anglus, & caput Ecclesiæ Angl. se jactans excommunicatur. Prima pax Cæs. cum Protestantibus.

1533. Actum Massiliæ de Hæresi opprimenda, convenientibus eò Pont. & Gall. Rege. Turcæ Moream occupant.

1534. Legibus gravissimis hæresim arcet à Galliis Franciscus Rex. Wirttenbergius ab asso, H manu armatâ restituitur.

1535. Occupat Tunetum, & res Africæ componit Carolus Imp. Anabaptistæ cum Rege suo profligantur. Solimannus Mesopotamiam, Assyriam & Babyloniam Persis adimit. Societatis JESU initia illustria.

1536. Expugnant Fanum Pauli & Monstrolium Cæsariani; Galli Hesdinum, qui & Cæsarianos in Italia ultra Padum propellunt.

1537. Mutuò colloquuntur Cæsar & Gallus ad Fossas Marianas. Ferdinandi R. copiæ à Turcis cæsæ. Dium à nostris capitur.

1538. Opprimitur maturè seditio Belgica. Multa in Catholicos moliuntur Smalcaldici.

1539. Munitissimum Arabiæ felicis oppidum Zebethum, Rege perfide occiso occupat Solymannus Ægyptius. Carolus in Belgium occurrit.

1540.

1540. Joan. Vaivoda contra Ferd. electus Ungar. Rex moritur. Ferdinandus à Turcis ad Budam vincitur, & Buda capta Vaivodæ filius relegatur.

1541. Nil mallent Protestantes, quam Cæsarem Comitiis Ratisp. controversiam de Relig. attendere, sed is ad Concilium Generale rejicit, & Lucæ cum Pont. Max. colloquitur.

1542. Ad Algieram profligatur Cæsar, quem reducem Gallus & Clivius bello petunt. Anglus superiore anno victus à Scotis, revertitur, cui Scoti sponte se dedunt, offensi quod Rex suus ignobilem copiis præfecisset.

1543. Triumphat de Cæsarianis Clivius; mox à Carolo oppressus, qui mox in Galliam movet. Turcæ Strigonium & Albam Reg. capiunt.

1544. Excurrit Parisios usque Cæsar, cui & Anglus adest, paulò post à Gallo repulsus. Sed post cruentam ad Cerasulam victoriam, pax repentè constituitur.

1545. Insigni expeditione Franciscus R. Waldenses Hæreticos delet. Idem classe 300. navium Anglum pacem petere cogit. Concilio Generali Tridentino datum initium.

1546. Rem armis aggressi Confœd. Smalcaldici Cæsarem Ingolstadii obsident, quos dum repulsos persequitur Imp. Ferd. Rex Saxoniam vastat.

1547. Transfertur Bononiam Concilium. Cæsar victum Saxonem capit, ut & Hassum desperatione reium, jam supplicem.

1548. Augustæ Senatum reformat Imp. & Clerum restituit, *Interim* illud Pontif. invisum, admittens. Exauctorato Saxoni succedit Mauritius.

1549. Reges Galliæ & Angl. concurrunt, hic acie vincitur

citur, Scotis etiam de libertate cogitantibus.
Obiit Paulus III. sedes vacat.

1550. Fit Pont. Julius III. qui rogante Imp. Concilium denuò Tridentum transfert. Andr. Doria Cæsar. Dux Aphrodisium expugnat.

1551. Occupat Metas, Tullum & Verdunum Gallus, & pulcherrimas plumas Aquilæ detrahit.

1552. Mauritius Saxo Tridentum turbat, cum Oenipontum usq; penetraret, diffugientibus Concilii Patribus. Cæsar valdè pressus, *Transactione* Passavicâ plurimum nocet rei Catholicæ.

1553. In Anglia rem Catholicam restituit Maria R. Saxo & Brandeburgius dimicant, ille victor, ex vulnere moritur. Claret Ludovicus Blosius Abb. Lætiensis S. Ignatio amicissimus.

1554. Summis viribus congressi apud Rentium Imp. & Gallus, hic nuncio ex Italia minùs læto territus receptui dat signum.

1555. Succedit Julio Marcellus II. eoque post d. 21. mortuo Paulus IV. Comitiis August. consulit Imperio Cæsar, cuius classis Gallicam vincit.

1556. Imperator Ferdinandum fratrem Electoribus commendans, traditis Philippo filio Hisp. Regnis, Monasterio se in Hispania includit. Calvinus nova dogmata spargit.

1557. Conciliato sibi Pont. Neapolit. regno & Mediolano inhiat Gallus, ad Fanum autem Quintini gravem cladem accipit.

1558. In Anglia post mortem Mariæ R. Elisabeth. regnat. Cæduntur ad Grevelingam Galli. In Scotia & Anglia invalescit Hæresis.

1559. Nuptialibus ludis, hastâ secundum oculum læsus Henricus R. Gall. paulò post moritur, cum jam ipsum inter & Hisp. pax facta esset.

1560. Vincit classem Hisp. Pialis Bassa. Rex Fessæ in Mauritania fit Christianus. Hæreses passim invalescunt.

1561. Sigismundo Polon. R. se subjicit Livonia à Moscovitis afflicta. Frustra ad Concilium Tridentinum Protestantes invitantur.

1562. In Gallia Acatholici jam sceptro inhiant, Condæo Duce, contra quos pugnans Antoni9 Navarræ R. occumbit. Condæo paulò post victo.

1563. Rebelles domat Carolus Gall. Rex, & pacem Regno reddit, non diu duraturam. Danus & Suecus Reges armis contendunt.

1564. Tabe Catharrali petit Ferd. Imp. succedit Maximilianus II. Moritur Calvinus. Insulæ Philippinæ reperiuntur.

1565. Ad gremium Ecclesiæ opera diversorum Ord. vocantur Indi, dum Europæi deficiunt. Turcæ à Melita repulsi. Pio IV. succedit Pius V.

1566. Maximilianus Imp. Comitiis Aug. opem contra Turcas impetrat. Turcæ Zigethum expugnāt. Svvendius & C. Salmensis fortiter agunt.

1567. Sumptum de Captis Gotthæ supplicium. Condæus Regem obsidet Lutetiæ, sed repellitur.

1568. In Belgio bis confœderatos confligat Albanus. D. Condæus pacem flagitat, mox violat. In Anglia Catholici variè necantur.

1569. Laboranti Catholicæ rei in Gallia subsidium mittit Pontifex. Calvinistæ duplici prælio vincuntur, & Condæus miserè perit.

1570. Italia grandi terræ motu quatitur. Pax in Gallia, & inter Suecum Danumque sancitur. Nicosiam Cypri expugnant Turcæ.

1571. Bellum Naupacteum longè celeberrimum, post

captum

captum à Turcis Cyprum, quo 25000. hostiũ cæsa, 20000. Christianorum redempta sunt.

1572. Ad superos migrat Pius V. succ. Gregor. XIII. Turcas bellum reparantes dissipat Joan. de Austria. iidem à Moscis cæduntur.

1573. Rupellam dum obsidet Henricus Valesius, audito se Regem Polon. electum, solvit, & Rege connitente pax Regno redditur.

1574. In Belgio rem fortiter gerit Albanus. Henricus Valesius post fratrem, nunc Gallis imperat. Turcæ Tunetum capiunt.

1575. Moliuntur nova sub novo R. in Gall. Calviniani, à Guisio repressi. Poloni Steph. Bathorium Ung. Regem eligunt. Confœderati in Belgio Angliæ Reginam subsidio evocant.

1576. Duci Albano, Joan. de Austria sufficitur. Moritur in Comitiis Ratisp. Maxim. II. Imp. Sæviunt in Catholicos Angli.

1577. Auraicus & Confœderati Hispanis infensi, Matthiam Rudolphi Cæs. fratrem evocant, & Joannem de Austria hostem judicant.

1578. Ex Confœderatis triumphat Joan. de Austria, & paulò post moritur. Sebastianus Portugalliæ Rex in Africa occumbit.

1579. Destinatur Belgio Gubernator Alex. Farnesius, & illustri Victoriâ potitur. Polonus Moscos, Persæ Turcas bello vincunt.

1580. In Belgio nutant res Confœderatorum, Farnesio præcipuas Urbes expugnante. De regno Lusitaniæ multi certant. Pergunt Persæ.

1581. Fortiter in Lusitania Albanus agit, & victo Antonio de Leva Philippus Hisp. coronatur. Confœderati contra Matthiam Archiducem Alenconiũ evocant, & Hispano omninò renunciãt.

1582. Triumphant memorab. victoriâ de Turcis Persæ. Antonius Portugalliæ Princeps denuò vincitur. Novum Calendarium Greg. publicatur.
1583. Ex Belgio in Gallias revertitur Alenconius, haud leviter periclitatus, suspectus de provincia Gallo tradenda. Coloniensis à fide deficit.
1584. Exardescit bellum Colon. Ernesto Bav. contra Gebhardum electo, & huius causam propugnantibus Lutheranis. Wilhelm. Auriacus occiditur.
1585. Rursum Persæ Turcos superant, cæsis 80000. Farnesius Antverpiam expugnat. Confœderati Anglis se dedunt. Gregorio succedit Sixt9 V.
1586. Occupat Venlonam, Gravam, Novesium &c. Parmensis, Lecestrius Duisburgo potitur. Nostri in Ungaria Turcas vincunt.
1587. Mauritius Auraicus solus Confœderatis præest, fugiente in Angliam Lecestrio. Sigismundus post Stephanum Polonis imperat. Maria Scotiæ Regina jussu Elisabethæ decollatur.
1588. Ad coronam Polon. vocatur à nonnullis Maximilianus Archid. qui profligatur & capitur. Classis Hispana contra Anglos tempestate mergitur. Dux Guisius jussu Regis occiditur.
1589. Elisabeth. Angl. R. cum Turcis confœderatur, eius ope Antonius P. denuò Portugalliam tentat, sed repellitur. Henricus Gall. Rex confoditur, succedit Henricus IV.
1590. Defuncto Sixto Urbanus VII. & huic post 13. d. Gregorius XIV. subrogatur. Henricus IV. Confœderatos vincit & Parisios occupat.
1591. Rem suam promovent Confœderati, dum Farnesius rebellibus contra Henricum IV. adest.

Sabaudus

Sabaudus à Ladigierio vincitur. Gregorio XIV. succedit Innocentius IX. qui fine anni moritur.

1592. Obiit Parmensis, curante Belgium Mansfeldio. Clemens VIII. eligitur. Hispani classem Anglicam grandi victoriâ profligant.

1593. Confœderatis Galliæ de novo creando Rege cogitantibus, Henricus IV. publicè fidem Cathol. profitetur, novis statim auctus victoriis. Turcæ à Siseck repulsi, reversi eo potiuntur.

1594. Nobilissimas Urbes occupat Henricus IV. & coronatur, Confœderatis se dedentibus. Turcæ, Rhegium diripiunt, & à classe Pont. fugantur.

1595. In Belgio moritur Ernestus Archid. succ. Comes de Fuentes. Carolus Mansfeldius cæsis Turc. 50000. dum Strigonium obsidet moritur, & hoc expugnatur. Transylvanus 60000. Turc. cædit.

1596. Imperator Turc. Agriam expugnat, & Maximilianum Archid. vincit. Albertus Archid. præficitur Belgio. Angli Hollandique classem Hisp. in freto Gaditano triumphant.

1597. Bello Ungarico subsidium rogat Imp. Comitiis Ratisp. Ambianum stratagemate capitur, sed eodem anno à Gallis recipitur.

1598. Jauarinum Turcis eripit Schvvartzenbergius C. & Valachi Nicopolim. Gallus & Hispanus conciliantur. Moritur Philippus II.

1599. Transylvaniam invito Cæsare invadit Andr. Battorius Cardin. sed victus à Michaele Valacho, in fuga trucidatur. Canarias populantur Batavi, & in reditu merguntur.

1600. Oritur bellum Sabaudicum, Gallo provinciam illam occupante. In Scotia à Conjuratis fere occisus Rex. Jubilæo solemnissimo insignis annus. Canissa à Turcis capitur.

1601.

1601. Expugnat Albam Regalem Mercurii Dux. Ina Gallus Ludovicus XIII. nascitur. Bellum Allobrogicum componitur.

1602. Mercurii Dux bello gloriosissimus moritur. Alba regalis à Turcis recipitur. Genevam Sabaudus frustra tentat. Mauritius Graviam occupat.

1603. Ratisponæ Comitia celebrantur. Variâ fortunâ res in Ungaria geritur. Moritur Elisab. R. Angl. succedit Jacobus Rex Scotiæ.

1604. Fortissimus ille heros Petrus Ernestus Mansfeld. C. moritur. Ostenda à Spinola capitur. Achmates post patrem Turcis imperat.

1605. Obiit Clemens VIII. succ. Leo XI. & post paucos dies huic mortuo Paulus V. Stupenda Eclypsis. Spinola rem promovet.

1606. Naturæ concedit Justus Lipsius. Plura loca occupat Spinola. Pax à Cæsare cum Turcis sancitur.

1607. In gratiam cum Cæsare redeunt, ipso Botscaio monente Ungari. Comitia Ratisponæ celebrantur. S. Francisca Rom. canonizatur.

1608. Lotharingiæ Dux Carolus III. moritur. Rudolphus Imp. cum Matthia fratre colliditur, mox componitur, & hic Ungariæ Rex creatur.

1609. Voce præconis publica induciæ in Belgio promulgantur. Mortuo Clivio Neoburgius & Brandeburg. de successione contendunt. Austriacis, Bohemis & Silesiis religionis libertas permittitur.

1610. Occupat Juliacum Christianus P. Anhalt. Ardet bellum Alsaticum. Moltzheimium à Confœderatis capitur. Henricus IV. Gall. Rex confoditur, cui succedit Ludovicus XIII. filius.

1611. Tremit magnis motibus Germania, concitantibus. Frid. Palat. Electore, Anhaltino & Onspacensi

pacensi Princ. Daniæ & Sueciæ Reges armis contendunt.

1612. Cultus Divinus & literarum studia mirè passim promoventur per Patres Soc. JESU. Rudolphus Imp. moritur, succedit Matthias.

1613. Invadit Transylvaniam eamque occupat Gabriel Bethlenus, pulso Bathorio. Querelæ Protestantium, nostrorum vicissim querelis, in Comitiis Ratisp. refutantur.

1614. Diversa prodigia, maximè per Boemiam, conspiciuntur. Spinola Aquisgranum & Mulheimium Cæsari adversantes urbes comprimit.

1615. Exambit pacem Turca dum maximè metuitur, eaque vicennalis sancitur. Protestantes religionis injuriam interpretantur, domitas nuper Urbes.

1616. Nihil illustrius ætas nostra vidit, quam P. Candidum Nucalensem Monachum, qui hoc anno obiit, mirificus mortuorum pridem incineratorum resuscitator. Bethlenus Ungariam invadit, monitus quiescit.

1617. Exemplo Cathol. Protestantes suæ Religionis annum Jubilæum celebrant, & Heilbrunnæ Conventum agunt, frustra prohibente Cæs.

1618. Belli German. in Bohemia initium, Wilhelmo Comite Slabata & sociis Pragæ per fenestras 40. cubitorum altitudine præcipitatis, frustra rebelles verbis & armis dehortante Cæsare.

1619. Excedit è vivis Matthias Imp. succ. Ferdin. II. Fridericus Palat. Bohemiam invadit, & coronatur. Turrianus C. Viennam obsidet, quem non semel Bucquoius contundit. Bethlenus invadit Ungariam.

1620. Necquidquam dehortante Cæſ. Ungari Bohemis junguntur, & Bethlenum Regem creant. Saxo Luſatiam, Bucquoius Moraviam recipit. Memorabili ad Pragam prælio Boius rebelles triumphat.

1621. Invitat Tartaros Bethlenus, quod deteſtati Ungari, reconciliantur Cæſari. Occumbit Bucquoius. Mansfeldius coactus à noſtris in Palatinatu, obſequium ſimulat.

1622. Metuens ab Ungaris Bethlenus poſitâ coronâ Cæſari reconciliatur. Badenſis Marchio prope Wimpffen profligatur. Halberſtadenſis item prope Mœnum cæditur. Mansfeldius graviter atteritur.

1623. Ope præſenti Numinis Tillius & Anholtius Halberſtadenſem profligant. Bethlenus denuò Ungariam invadit, & 80000. Turcarum adducit.

1624. Nequitia & perfidia Bethleni cognita, ſuos revocat Turcarum Imp. Maximilianus Boius, S. R. I. Elector renunciatur.

1625. Tota Europa bello fervet, ſtringitque in Germanos arma Anglia, Dania, Gallia, &c. concutitur Italia. Halberſtadenſis & Mansfeldius hoſtiliter graſſantur.

1626. Evocantibus Confœderatis Danus adeſt, & ad Calebergam, mox ad Loterā profligatur. Mansfeldus ad Deſſoviam à Fridlando cæditur. Polonum contra Suecum juvat Cæſar, inde illius iræ.

1627. Auſtriâ ejiciuntur, à fide Romana alieni, Bethlenus pacem denuò amplectitur. Mantuæ Dux moritur.

1628. Italicum illud funeſtiſſimum Germaniæ bellū apparatur. Magdeburgenſes Saxonis filium, reclaman-

clamante Cæs. Administratorem deligunt, Urbano Pont. Cæsaris filium promovente.

1629. Tristissimus Germaniæ annus ducto nostro in Italiam exercitu, eaq; occasione denuò arma parantibus confœderatis. Bona Ecclesiastica per contractum Passaviensem repetit Imp. Moritur Bethlenus, Cæsaris etiã in Testamento memor.

1630. Adoritur armis Imperium Suecus, & patentibus portis cum plausu excipitur in Pomerania. Mantua expugnatur. Jussu Cæsaris Wirttenbergiæ Cœnobia restituuntur.

1631. Rem fortiter agit, belli illud fulmen Pappenheimius. Magdeburgum expugnatur & incenditur. Protestantes datis ad Cæsarem è Conventu Lipsiensi litteris, Germaniæ libertatem ab ipso violatam querentur, quam ille culpam à se facilè amolitur. Suecus nostros ad Lipsiam profligat, & in Franconiam movet.

1632. Generalis noster Tillius, prælio ad Rainam vulneratus, paulò post moritur. Prælio ad Luzam Suecus Rex ipse, sed & Victor toties Pappenheimius. idem Scipio, Hector, Achilles, Hercules, Alexander & Julius occumbunt, cum hic prius Regem mortuum esse intellexisset, quocum fidem simul fortunamque tumulo illatam, plurimi patriæ amantes meritò plangere, & vix usque hodie dedolere visi sunt.

1633. Occupant partes cæsi bello Regis Duces varii, Ochsenstirnius primas, tum Hornius, Lunæburgius & Vinarius. Hic Ratisponam capit. Hornius maximo connisu Constantiam, sed nec quidquã obsidet. Felicior Lunæburgius dum Hameliæ imminet, & à Cæsarianis magna armorum mole premi-

premitur, memorabili de his triumpho potitur. Interea Conventus Protestantium Heilbronnæ agitur, in quo fœdus Suecicum confirmatur. Rem contra Moscos fortiter gerit Polonus.

1634. E medio tollitur Walsteinius. Arma induitur Ferdinandus III. Rex Ungar. insuperabilis visus dum ipse adesset, Ratisponam expugnat, varia ad Danubium loca potenter recuperat, Nordlingam obsidet, ausumq; congredi hostem grandi clade cæsis 12 captis 6. millibus profligat. Saxo Budissino & Gorlicio, Lunæburgius Hildesio & Minda potitur. Cogit Polonus Moscos Turcasque pacem petere.

1635. Miro stratagemate Philippolim recipit Bambergerus. Deditione Augustā capit Bavarus. Treverim cum Electore Hispan9 Paciscitur cum Saxone Cæsar, plurimis Imperii Urbibus subscribentib9. Gallus palam hostilitatē Cæsari denunciat.

1636. In Saxonem arma convertunt Sueci, quem apud Witstockium graviter atterunt. Hassi Westphaliam, Galli Burgundiam, Cæsariani atque Hispani Galliam invadunt, hos in Belgium rejicit Rex Ludovicus, illos fames, quam ipsi omnia populando improvidi fecerant, cum justo prælio majorem cladem accepissent. Comitiis Ratisponensibus eligitur Rex Rom. Ferdinandus III.

1637. Transit ad immortales Ferdinandus II. relicto primæ pietatis secundo hærede Ferdinando Tertio. Ejiciuntur in Pomeraniam Sueci. Erenbrait castrum munitissimum capitur à Joanne de Werdt, Breda ab Hollandis. Vladislaus Polonus Cosaccos armis cogit.

1638. Arma feliciter tractant Sueci, Cæsarianosque

Pomeraniâ

Pomeraniâ expellunt. Hazfeldius profligat Palatinorum fratrum exercitum. Bernardus Vinarius uno anno duobus præliis Victor, etiam Brisaco potitur. Hollandi Callœum occupant, paulò post ab Hispano exturbati.

1639. Hic demum annus Vinarium sustulit, cuius miles Sacramentum Gallo dixit. Incumbunt Marchiæ Brandenburgiæ Sueci, mox Saxoniæ ac Misniæ, demum Bohemiæ, cuius metropolim adoriri ausus Bannerius, repulsam passus est. Civile in Anglia bellum exardescit.

1640. Cæsariani Suecos Bohemiâ ejiciunt, quos gravi ab exitio eximunt Lunæburgius & Longovillanus fugientibus obvii. Comitia Ratisponam indicta. Infelix Hispanis annus non cladibus solum & amissione Urbium, sed & Regnorũ duorum, Cathaloniæ & Lusitaniæ defectione.

1641. Ad ipsa Ratisponæ mœnia Cæsari minatur Pannerius, verum Schlangio intercepto, in fugam actus, paulò post moritur. Invalescit Parlamenti in Anglia contra Regem potentia. Ferdinandus Cardin. in Belgio extinguitur.

1642. E vivis excedunt Cardinalis Richelius, mox ipse Rex Christianus. Profligantur in agro Colon. Lamboius. Cæsariani apud Schveiniziam, itemque apud Lipsiam. Gallis prosperi in Catalonia successus, impares in Belgio. In Anglia bellum contra Regem decernitur.

1643. Vinarienses prope Duttlingam cæduntur. Torstensonius imminentes Olomucio Cæsarianos abigit. Subigit Halberstadium Königsmarckius; In Belgio Anguiensis maximâ clade Hispanos ad Rocroam obterit. Bellum Parmense in Italia oritur, paulò post tamen consopitur.

1644.

1644. Quæ per Silesiam Moraviamque nuper occupaverant Sueci, dum hi bello occupantur Danico, facilè recipiunt Cæsariani; Bavarici Uberlingam & Friburgum, quos Anguiensis stupenda pugnandi pertinacia in ipsis castris aggreditur, donec commeatus inopia pellerentur. Inde ille magno Rheni tractu; Aurelianensis Gravelinga potitur. Regis in Anglia exercitus funditur. Moritur Urbanus VIII. succedit Innocentius X.

1645. Treverensis sedi suæ redditur. Cæsar cum Transylvano, Rex Daniæ cum Suecis pacem constituit. Hi regressi Galassum Gallasium omni ferè obtrito peditatu in Bohemiam propellunt, Hazfeldium acerrimo prælio subigunt & capiunt; Mercius Turenium, Anguiensis Mercium profligat, hoc etiam occiso & capto Gelehnio. Venetos Turca terra marique aggreditur.

1646. Abdicat se suprema militiæ præfectura Torstensonius, succedit Vrangelius, moxque Hœxteram multaque alia loca occupat. Anguiensis memorabili felicitate Dunquercha potitur. Moritur filius unicus Regis Hispaniarum.

1647. Occupat Brigantium Vrangelius tum Meinaugiam Acronii insulam, Lindovium frustra tentat, pactis autem cum Bavaro induciis in Bohemiam movet. Egramque expugnat. Tumultuatur graviter Neapolis. Melander post Gallassium Generalis Marpurgo capto & spoliato in Franconiam secedit.

1648. Ex hibernis prorumpens Vrangelius Cæsarianos opprimit, cæso in acie Melandro. Inde Bavariam populatur. Konigsmarckius arce Pragensi cum thesauris maximis potitur. Interim

pax

pax Monasterii & Osnabrugæ concluditur. Moritur Vladislaus Rex Polon succed. Casimir. frater.

1649. Stupente rei insolentia orbe Carolus Angliæ Rex à propriis subditis securi subjicitur, duo ejus filii Carolus & Jacobus hostes denunciantur, Dux Hamiltonius aliique Regiarum partium capite damnantur. Pax supero anno conclusa toto Imperio vulgatur. Memorabilem de Turcis Victoriam Veneti referunt.

1650. Eliminant regno omnem Regii nominis memoriam Senatores Angli; sed & Principum Regni auctoritatem minuunt omni consulendi definiendiq; adempta facultate. Stabiliendæ in Germania paci continuati Conventus & executioni data, quæ decreta fuerant. Veneti contra Turcas in Candia & Dalmatia nihil non strenuè moliuntur.

1651. Hibernos Scotosque magnis cladibus atterunt Angli, & à Regis juvenis obedientia avocant. Iidem cum Hollandis colliduntur. Rem contra rebelles & hostes fortiter gerit Polonus & Regno consulit. Consultationũ in Imperio nullus finis.

1652. Toti in stabilienda nova Republ. Angli, quibus & Scoti acquiescunt; Hiberni coguntur, attoniti spectant Principes, expectant exitum in numeri, metuunt dum sperant alii, minantur Victores, etiam dum fœdera pollicentur. Comitiis Generalibus in Imperio præluditur, utinam ob bonũ Universale, & DEI Gloriam sempiternam.

Fructui Benedicto Virginis Laus in seculis æternis, Amen.

SUM-

SUMMORUM URBIS ORBISQUE PONTIFICUM,

Nec non

IMPERATORUM ROM. S.R.I. SEPTEMVIRORUM,

Exterorumq; aliquot

REGUM AC PRINCIPUM SUCCESSIO

Ad Compendium relata.

Cui Alphabetica Pontificum, Cæsarumque Nomenclatura adjicitur.

VLMAE

Apud JOHANN. GÖRLINUM,

Anno M. DC. LIV.

I.

S. Petr. Antiochiæ ſedit annis 7. Romæ 24. Paſſus A.C. 69.

II.

S. Linus Volaterran. Martyr. coronat. 80.

III.

S. Cletus Rom. Martyrio affectus 93.

IV.

S. Clemens è gente Impp. Martyr efficitur A. C. 102.

V.

S. Anaclet. Atheniensſ. fit Mart. 112.

VI.

S. Evariſtꝰ Bethleemites. Patitur 121.

VII.

S. Alexander I. Romã. Mart. coron. 132

VIII.

S. Sixtus I. Roman. Martyr. A. C. 142.

IX.

S. Teleſphorꝰ Græc. Paſſus eſt A.C. 154.

X.

S. Hyginus Athen. Martyriũ ſubiit 158.

XI.

S. Pius I. Aquilejenſ. Martyrio coronatur anno 167.

XII.

S. Anicet. Syrus paſſus eſt anno 175.

XIII.

S. Soter Fundenſis. Martyr efficitur anno Domini 179.

XIV.

S. Eleutherius Græc. Patitur A.C. 194.

XV.

S. Victor I. martyrizatur 203.

XVI.

S. Zepherin. Romã. Martyr. 222.

XVII.

S. Calliſtus I. Rom. fit Mart. 226.

XVIII.


S. Urban. I. Roman. fit Mart. 233.

XIX.

S. Pontian. Roman. fit Mart. 237.

XX.

S. Antherus Græc. Paſſus eſt A.C. 238.



XXI.
S. Fabianus Roman. Martyrio coronatur anno 253.

XXII.
S. Cornelius Rom. paſſus eſt 255.

XXIII.
S. Lucius I. Roman. fit Martyr 257.

XXIV.
S. Stephan. I. Romanus. Patitur 260.

XXV.
S. Sixtus II. Athenienſis fit Martyr A. C. 261.

XXVI.
S. Dionyſius Græcus fit Mart. 272.

XXVII.
S. Felix I. Roman. paſſus eſt 275.

XXVIII.
S. Eutychianus Tuſcus fit Mart.

XXIX.
S. Caius Diocletiani Imp. ex fratre nepos Paſſus eſt 296.

XXX.
S. Marcellin. Romanus Martyrium ſubiit anno 304.



XXXI.
S. Marcellus Rom. fit Martyr 309.

XXXII.
S. Euſebius Græcus Paſſus eſt A. C. 311.

XXXIII.
S. Melchiades Hiſpan. obiit A. C. 313 titulo Mart. colitur.

XXXIV.
S. Sylveſter I. Confeſſor, obiit A. 335.

XXXV.
S. Marcus Romanus obiit A. C. 336.

XXXVI.
S. Julius I. Roman. deceſſit A. C. 352.

XXXVII.
S. Liberius Roman. obiit A. C. 367.

XXXVIII.
S. Damaſus I. Hiſpanus. obiit 384.

XXXIX.
S. Siricius Romanus moritur A. C. 398.

XL.
S. Anaſtaſius I. Romanus. Vitâ exceſſit A. C. 402.

XLI. S. In-

XLI.
S. Innocent. I. obiit A.C. 417.

XLII.
S. Zosimus Græcus. obiit A. C. 418.

XLIII.
S. Bonifac. I. Rom. Deceſſit 423.



XLIV.
S. Cæleſtinus I. Roman. ob. A. C. 432.

XLV.
S. Sixtus III. Romanus. obiit A. C. 440

XLVI.
S. Leo Magnus & I. Tuſcus obiit 461.

XLVII.
S. Hilarus Sardus. Deceſſit A.C. 467.

XLVIII.
S. Simplicius Tiburtinus, obiit 483.



XLIX.
S. Felix II. Anicius Roman. ob. 492.

L.
S. Gelaſius I. Afer Deceſſit A. C. 496.

LI.
S. Anaſtaſ. II. Roman. obiit 498.

LII.
S. Symmachus Sardus. obiit A. C. 514.

LIII.
S. Hormiſda Campanus. ob. A.C. 523.

LIV.
S. Joann. I. Tuſcus Deceſſit anno 526.

LV.
S. Felix III. aliis IV. obiit A. C. 530.

LVI.
Bonifac. II. Romanus obiit A. C. 531.

LVII.
S. Joann. II. Rom. Deceſſit A.C. 535.



LVIII.
S. Agapetus moritur Conſtantinop. 537.

LIX.
S. Silverius Campanus, obiit A.C. 540.

LX.
S. Vigilius Roman. Deceſſit A.C. 555.



LXI.
S. Pelagius I. Rom. obiit A. C. 559.

LXII.
S. Joann. III. Catelini filius, ob. 572.

LXIII.
S. Benedict. I. Rom. ob. A. C. 577.

LXIV.
Pelagius II. Romã obiit A. C. 590.

LXV.
S. Gregor. I. Magn. Anicius Rom. obiit 604


LXVI.
Sabinianus Tuscus Decessit A. C. 605.

LXVII.
S. Bonifacius III. Rom. moritur 606

LXVIII.
S. Bonifacius IV. Marsus, obiit A. 614.

LXIX.
S. Deus dedit Rom. obiit A. C. 617.

LXX.
S. Bonifac. V. Campanus, ob. A C. 625



LXXI.
Honorius I. Petronii fil. ob. A. C. 638.

LXXII.
Severinus Roman. Mortuus A. C. 639.

LXXIII.
Joannes IV. Dalmata. ob. A. C. 641.

LXXIV.
S. Theodorus Hierosolymit. ob. 649.

LXXV.
S. Martin. I. Tuscus. Exul obiit A. C. 654

LXXVI.
Eugenius I. Rom. Moritur A. C. 654.

LXXVII.
Vitalianus Italus. obiit A. C. 669.

LXXVIII.
S. Adeodatus Rom. obiit A. C. 676.

LXXIX.
Donus Roman. Decessit A. C. 677.

LXXX.
S. Agatho Amonis fil. moritur A. 682.

LXXXI.



LXXXI.
S. Leo II. Monachus Mortuus A. C. 684.

LXXXII.
S. Benedict. II. decessit A. C. 685.

LXXXIII.
S. Joann. V. Antiochenus, obiit 686.

LXXXIV.
Conon sive Chunc Thrax. moritur 687.

LXXXV.
S. Sergius I Panormitan. ob. A. C. 701

LXXXVI.
Joann. VI. Græcus. Decessit A. C. 705.

LXXXVII.
Joann. VII. Janidega, ob. A. C. 707.

LXXXVIII.
Sisinnius Syrus, moritur A. C. 708.

LXXXIX.
Constantinus Syrus, obiit A. C. 714.

XC.
S. Gregorius II. Roman. ob. A. C. 731.



XCI.
S. Gregor. III. Syrus decessit A. C. 741.

XCII.
S. Zacharias Policronii filius obiit 752.

XCIII.
Stephan. II. Rom. mortuus 752.

XCIV.
Stephan III. Decessit anno 757.

XCV.
Paulus I. Stephani III. frater, obiit 767

XCVI.
Stephan. IV. decessit anno 772.

XCVII.
Hadrian. I. Roman. moritur 795.

XCVIII.
S. Leo III. Roman. Vitâ decedit A. 816.

XCIX.
S. Stephan. V. Roman. obiit 817.

C.
S. Paschalis I. Rom. Moritur A. C. 824.

CI. Eu-

CI.
Eugenius II. Romã. obiit A. C. 827.

CII.
Valentin. Roman. deceſſit 827.

CIII.
S. Gregor. IV. Rom. moritur A. C. 844.

CIV.
Sergius II. vitâ deceſſit A. C. 847.



CV.
S. Leo IV. Roman. mortuus eſt A. 856.

CVI.
Benedict. III. Rom. obiit 858.

CVII.
Nicolaus I. Roman. obiit A. C. 867.

CVIII.
Hadrian. II. Roman moritur A. C. 872.

CIX.
Joann. VIII. Rom. obiit A. C 882.

CX.
Martin. ſeu Marinus I. obiit 884.

CXI.
Hadrian. III. Rom. obiit 885.

CXII.
Stephan. V. aliis VI. Romã. moritur 891.



CXIII.
Formoſus Portuenſ. obiit A. C. 896.

CXIV.
Bonifac. VI. Romã. mortuus exul.

CXV.
Stephan. VI. occiditur A. C. 900.

CXVI.
Romanus I. Marini ex fratre nepos, obiit A. C. 901.

CXVII.
Theodor. II. Rom. deceſſit A. C. 901.

CXVIII.
Joann. IX. Portuenſ. obiit A. C. 905.

CXIX.
Benedict. IV. Rom. moritur 906.

CXX.
Leo IV. ab Invaſore detruditur in carcerẽ A. C. 907.

CXVI.



CXXI.
Christophor. I. invasor deturbatur. 907.

CXXII.
Sergi9 Com. Tusculan invasor, ob. 910

CXXIII.
Anastas. III. Roman. obiit 912.

CXXIV.
Lando Sabinus, pręfuit tantum 4. mens.

CXXV.
Joann. X. familia Cynthia, ob. 929.

CXXVI.
Leo VI. Roman. moritur A.C. 929.

CXXVII.
Stephan. VIII. Rom. obiit 931.

CXXVIII.
Joan. XI. Com. Tusculan. Spurius, decessit A. C. 936.

CXXIX.
Leo VII. Roman decessit A.C 939.

CXXX.
Stephan. IX. Germanus vitâ excessit 946



CXXXI.
Marin9 II. Roman. obiit A.C. 946.

CXXXII.
Agapetus II. Rom. obiit A. C 955.

CXXXIII.
Joann. XII. Comes Tusculi dejicitur 963.

CXXXIV.
Leo VIII. Intrusus moritur A.C. 969.

CXXXV.
Benedict. V. moritur exul A.C. 965.

CXXXVI.
Joann. XII. Roman. obiit 972.

CXXXVII.
Donus Jun. sedit 3. solum menses, obiit

CXXXVIII.
Benedict. VI. Rom. occisus 974.

CXXXIX.
Bonifacius VII. Invasor, pellitur 975.

CXL.
Benedict. VIII. Comes Tusculanus, obiit A. C. 984.



CXLI.

Joan. de Canen. nova, in carcere moritur A. C. *985*.

CXLII.

Joan. XV. Roman. obiit *996*.

CXLIII.

Gregor. V. German. Otthonis Imp. cogn Moritur A. C. *999*.

CXLIV.

Silvester II. Gallus Moritur A. C. 1003.

CXLV.

Joan. XVI. al. XVIII. morit. post 5. mens.

CXLVI.

Joann. XVII. Fanassus, ob. 1009.

CXLVII.

Sergius IV. Vitam exuit anno 1013.

CXLVIII.

Benedict VIII. mortuus anno 1024.

CXLIX.

Joan. XX. Com. Tusculi, ob. 1033.

CL.

Benedict. IX. Com. Tuscul. obiit 1045.



CLI.

Gregor. VI. Roman. resignat anno 1046.

CLII.

Clemens II. Germ. obiit A. C. 1047.

CLIII.

Damasus II. Germ. obiit 1048.

CLIV.

S. Leo IX. Comes de Dagsburg, ob. 1054

CLV.

Victor II. German. Episc. Eistett. obiit 1057.

CLVI.

S. Stephan. IX. Dux Lotharing. ob. 1058.

CLVII.

Nicolaus II. Allobrox. Moritur 1061.

CLVIII.

Alexander II. Episc. Lucens. obiit 1073.

CLIX.

S. Gregor. VII. Com. Petiliani, ob. 1085.

CLX.

S. Victor III. Princeps Beneventanus, decessit anno 1087.



CLXI.

B. Urban. II. Vitâ excedit. A.C. 1099.

CLXII.

B. Paschalis II. Moritur ann. 1118.

CLXIII.

B. Gelasius II. Cajetan. obiit 1119.

CLXIV.

B. Callistus II. Moritur 1124.

CLXV.

Honorius II. discessit è vivis 1130.

CLXVI.

Innocentius II. obit ann. 1143.

CLXVII.

Cœlestinus II. Tuscus, obiit A. 1144.

CLXVIII.

Lucius II. Caccianinicus obiit 1145.

CLXIX.

Eugenius III. moritur ann. 1153.

CLXX.

Anastasius IV. de Suburra, obiit 1154



CLXXI.

